14 866

SYLLOGE
INSCRIPTIONUM GRAECARUM

A

GUILELMO DITTENBERGERO

CONDITA ET AUCTA

NUNC TERTIUM EDITA

VOLUMEN ALTERUM

177971
12/2/23

Germany

LIPSIAE
APUD S. HIRZELIUM
MCMXVII

CN
360
D5
1915
V.2

HOC VOLUMINE CONTINENTUR

DOCUMENTA SECUNDUM TEMPORUM ORDINEM DIGESTA.

p.

IV. **A pace Naupactia ad Corinthum deletam**, a. 217/6—146. n. 535—675 . . . . . 1—259

V. **Inde a Corintho deleta ad pugnam Actiacam**, a. 146—31 a. Chr. n. 676—767 . . . . . 260—455

VI. **A pugna Actiaca ad Iustinianum**, a. 31 a. Chr. — 565 p. Chr. n. 768—910 . . . . . 456—627

Haec studia adulescentiam alunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, adversis perfugium ac solatium praebent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur.

Cicero pro Archia 16.

Dabamus Nonis Februariis a. MCMXVII.

IV.

A pace Naupactia ad Corinthum deletam.

535—537. Athenienses honorant Eumaridam Cydoniatam eiusque filium a. 217/6 annisque subsequentibus. Septentrionem versus a Theseo quod vocatur, nunc in museo nat. Edd. Lolling Δελτ. ἀρχ. 1891, 40; Homolle Bull. Hell. XV 1891, 352; IG II 5, 385c. II² 844 (Syll.² 241—243; Michel 131). Cf. Wilhelm Goett. GA 1903, 791. [*K*]

535 θεοί. | ἐπὶ Ἡλιοδώρου ἄρχοντος[1], ἐπὶ τῆς Κεκροπίδος ἑνδεκά|της πρυ- *a. 217/6*
τανείας, Θαργηλιῶνος· Λυσίστρατος Φυλαρχί|δου Οἰναῖος εἶπεν· ἐπειδὴ
5 Εὐμαρίδας[2] πρότερόν τε, | καθ' ὃν καιρὸν συνέβη Βοῦκριν[3] καταδρα-
μόντα τὴν χώ|ραν καταγαγεῖν εἰς Κρήτην τῶν τε πολιτῶν πλείους

Litterae Α et Α̸ Λ et Λ̸ Δ et Δ̸ Γ non στοιχηδόν. Tria decreta eadem manu anno Phanarchidae exarata sunt; Wilh. 1 Distinguendus est hic archon Heliodorus ab cognomini a. 229/8 (supra n. 496); Kolbe Att. Archonten 54. Propter rationes quas hic Cretensium civitatibus et inter se et cum Aetolis intercedere videmus (cf. not. 3. 6) Homollius Heliodorum et Archelaum archontes proximo post a. 217 tempori vindicavit. Atque Heliodoro quidem ipsum annum 217/6 tribuit perquam probabiliter, quia eo anno pax inter duas civitatum insulae Cretae societates, quarum alteri Cnosii, alteri Polyrrhenii praeerant, composita esset, id quod egregie conveniret cum eis quae hic 15—17 legerentur (cf. not. 6). 2 Hic et v. 23 initio Εὐμαρείδας (-δαν) incisum erat, sed lapicida statim errorem emendavit et cum pergeret veram formam posuit v. 35. 40. 46. 51. 64. 3 Daetae f. Naupactius n. 500, in concilio Amphictyonico hieromnemon Aetolorum archonte Pithagora (n. 494. 498), cuius annus ab a. 230 non magno distat intervallo. Cf. Pomtow Goett. GA 1913, 128 not. 2. Aetolorum latrocinia talia, qualia hic habemus, non cadere in tempora pacis probe perspexerunt editores; quare L. bellum sociale (221—217), quod unum propter reliquas temporis notas (cf. not. 12) hic in censum venit, agnovit, H. vero etiam accuratius tempora definivit, cum moneret a. 219 Cnosios cum Lyttiis bellum gerentes auxilio vocasse Aetolos (Polyb. IV 53, 8). Cuius inter Cretenses et Aetolos conexionis cum hic certissima compareant vestigia, illi potissimum anno vindicandas esse Bucris rapinas, proximos annos elapsos esse per varias Eumaridis contentiones et expensas, de quibus v. 8—10 diceretur, denique pace a. 217 in insula illa composita legationes de quibus v. 11—18 verba fierent missas esse.

κα[ὶ] | τῶν ἄλλων τῶν ἐκ τῆς πόλεως, πολλὰς καὶ μεγάλας χρεί|ας παρ-
έσχετο τῶι δήμωι καὶ προεισήνεγκε χρήματα ἐ|κ τῶν ἰδίων εἰς τὰ
10 εἴκοσι τάλαντα τὰ συνφωνηθέντα[4] ὑπὲρ | τῶν αἰχμαλώτων, ἐδάνεισε δὲ
καὶ τοῖς ἁλοῦσιν εἰς ἐφόδια[5], | καὶ νῦν ἀποστείλαντος τοῦ δήμου πρεσ-
βευτάς, ὅπως τά | τε φιλάνθρωπα διαμένει πρὸς πάντας Κρηταιεῖς[6]
καὶ ἵνα, | εἴ που λάφυρον ἀποδέδοται τοῖς καταπλέουσιν[7], ἀρθεῖ τοῦ|το,
15 συνηγόρησεν εἰς τὸ πάντα πραχθῆναι τὰ συνφέροντα | τῶι δήμωι· συν-
επρέσβευσεν δὲ καὶ εἰς Κνωσὸν καὶ τοὺς συμμά|χους, ἔδωκε δὲ καὶ
ἐπιστολὰς τοῖς πρεσβευταῖς εἰς Πολύ|ρηνα[8] πρὸς τοὺς φίλους, ὅπως
συνπραγματεύωνται μετ' αὐ|τῶν περὶ τῶν συμφερόντων· ἀναδέχεται δὲ
τὴν πᾶσαν ἐπιμέ|λειαν ποιήσεσθαι τοῦ διαμένειν τὰ φιλάνθρωπα τῶι
20 δήμω[ι] | πρὸς τοὺς οἰκοῦντας ἐγ Κρήτει πάντας· ὅπως ἂν οὖν καὶ ὁ
δῆ|μος φαίνηται τιμῶν τοὺς ἀποδεικνυμένους ἣν ἔχουσιν αἵ|ρεσιν ἐμ
παντὶ καιρῶι, ἀγαθεῖ τύχει δεδόχθαι τῶι δήμωι, | ἐπαινέσαι Εὐμαρί-
δαν Πανκλέους Κυδωνιάτην[9], καὶ στεφα|νῶσαι αὐτὸν χρυσῶι στεφά-

---

4 Quae ut penderentur inter Athenienses et Cretenses convenerat.

5 Cf. 157_{11}. 184_{41}. 304_{44}. 402_{31}. ἐδάνεισεν sine obiecto pro χρήματα ἐδάνεισεν, ut n. 708_{14} εἰς λύτρα προτιθείς. 6 Ut cum omnibus Cretensibus amicitia concilietur, legati mittuntur Cnosum (v. 15) et Polyrrheniam (v. 16. 17). Inde apparet tum totam insulam in duas partes divisam fuisse, quarum alterius Cnosii, alterius Polyrrhenii principatum tenerent, sed inter haec duo foedera pacem fuisse. Quae accurate conveniunt cum condicione anni 217. Nam cum Polybius IV 55 Cnosios cum suis sociis Aetolos, Polyrrhenios cum suis Philippum regem et Achaeos in bello sociali militibus missis adiuvisse narret, VII 14, 4 de pace regis auctoritate conciliata haec habet: ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τῶν κατὰ Κρήτην· καὶ γὰρ ἐπ' ἐκείνων Ἀράτῳ μὲν καθηγεμόνι χρησάμενος περὶ τῶν ὅλων (Φίλιππος), οὐχ οἷον ἀδικήσας ἀλλ' οὐδὲ λυπήσας οὐδένα τῶν κατὰ τὴν νῆσον, ἅπαντας μὲν εἶχε Κρηταιεῖς ὑποχειρίους, ἅπαντας δὲ τοὺς Ἕλληνας εἰς τὴν πρὸς αὐτὸν εὔνοιαν ἐπήγετο διὰ τὴν σεμνότητα τῆς προαιρέσεως. H. 7 Si qua in civitate Cretica constitutum est, ut praedam de Atheniensibus captam in portum devehere ibique venumdare liceat. Cf. Polyb. IV 26, 7: οἱ δ' Ἀχαιοὶ συνελθόντες εἰς τὴν καθήκουσαν σύνοδον τό τε δόγμα πάντες ἐπεκύρωσαν καὶ τὸ λάφυρον ἐπεκήρυξαν κατὰ τῶν Αἰτωλῶν. IV 36, 6: τούτου δὲ ταῦτα πράξαντος ἐπεκήρυξαν τὸ λάφυρον οἱ Λακεδαιμόνιοι κατὰ τῶν Ἀχαιῶν. 8 Bull. Hell. XIII 1889, 71, 5 ἐμ Πολύρηνι est, itemque Stephanus Byzantius aut sic (AR) aut Πολύρρην (V) scripsisse videtur, cum editiones volgarem formam Πολυρρηνία exhibeant. H. Cives Πολυρρήνιοι sunt n. 627_4. 9 Cf. Strabo X, 11 p. 478: μετὰ δὲ ταύτην (sc. τὴν Κνωσσόν) δευτερεῦσαι δοκεῖ κατὰ τὴν δύναμιν ἡ τῶν Γορτυνίων πόλις, συμπράττουσαί τε γὰρ ἀλλήλαις ἅπαντας ὑπηκόους εἶχον αὗται τοὺς ἄλλους στασιάσασαί τε διέστησαν τὰ κατὰ τὴν νῆσον· προσθήκη δ' ἦν ἡ Κυδωνία μεγίστη ὁποτέροις προσγένοιτο. Ex hac oppidi condicione intellegitur, homi-

25 νωι κατὰ τὸν νόμον εὐνοίας ἕ|νεκα καὶ φιλοτιμίας τῆς εἰς τὴν βουλὴν
καὶ τὸν δῆμον τὸ[ν] | Ἀθηναίων, στῆσαι δὲ αὐτοῦ καὶ εἰκόνα χαλκῆν
ἐν ἀκροπό|λει. εἶναι δ' αὐτῶι καὶ εἰς τὸ λοιπὸν χρείας παρεχομένωι |
τιμηθῆναι καταξίως ὧν ἂν εὐεργετήσει. ἀναγράψαι δὲ τό|δε τὸ ψή-
30 φισμα τὸν γραμματέα τοῦ δήμου εἰς στήλην λιθί[ν]ην καὶ στῆσαι
παρὰ τὴν εἰκόνα· τὸ δὲ γενόμενον ἀνάλωμα | εἰς τὴν ἀνάθεσιν τῆς
εἰκόνος καὶ τῆς στήλης μερίσαι τὸν | ταμίαν τῶν στρατιωτικῶν καὶ τοὺς
ἐπὶ τεῖ διοικήσει.

36 ἐπὶ Ἀρχελάου[10], Ἀνθεστηριῶνος ἐμβολίμου[11]· Διονύσιος Θεο|φίλου *a. 209/8*
35 Ἐλαιούσιος εἶπεν· ἐπειδὴ διὰ τὴν εὔνοιαν ἣν ἔχων δια|τελεῖ πρὸς τὸν
δῆμον Εὐμαρίδας Κυδωνιάτης πρότερον μὲν | ὁ δῆμος ἐψηφίσατο ἀνα-
θεῖναι αὐτοῦ εἰκόνα, νῦν δὲ Εὐρυκλεί|δης καὶ Μικίων[12] ἐμφανίσαν-
τες περὶ αὐτοῦ τὰς χρείας ἃς π[α]ρέχεται ἀξιοῦσι δοθῆναι τὴν ἀνάθε-
σιν ἐν τῶι τεμένει το[ῦ] | Δήμου καὶ τῶν Χαρίτων[13], ἀγαθεῖ τύχει
40 δεδόχθαι τῶι δήμωι, δε|δόσθαι Εὐμαρίδαι τὴν ἀνάθεσιν τῆς εἰκόνος,
ἧς πρότερον ἐ|ψήφισται ὁ δῆμος, ἐν τῶι τεμένει τοῦ Δήμου καὶ τῶν
Χαρίτων, | [κ]αθάπερ αἰτοῦνται αὐτῶι Εὐρυκλείδης καὶ Μικίων· εἶναι
δὲ | καὶ τὰς λοιπὰς τὰς ἐψηφισμένας τιμὰς αὐτῶι κυρίας.

45 ἡ βουλή, | ὁ δῆμος | Εὐμαρίδαν | Πανκλέους | Κυδωνιάτην.

50 ἐπὶ Φαναρχίδου ἄρχοντος[14], ἐπὶ τῆς Πανδιονίδος τρίτης | πρυτανείας, *paullo post a. 200*
Βοηδρομιῶνος· Νικίας Πολ[υξ]ένου Πόριος εἶπεν· | ἐπειδὴ Χαρμίων,
υὸς ὢν Εὐμαρίδου τοῦ Κυδωνιάτου, προξέ|νου καὶ εὐεργέτου ὄντος,
ἄξιον ἑαυτὸν παρασκευάζων τῶ[ν] | δεδομένων τῶι πατρὶ αὐτοῦ τιμῶν,
καταπλεύσας εἰς τὸν | Πειραιᾶ θεωρὸς ἀπεσταλμένος εἰς Δελφοὺς[15]
55 ὑπὸ τῶν πολιτῶν, | προσαγαγόντων αὐτὸν τῶν στρατηγῶν ἀπολελόγισται

---

nem Cydoniatam prae aliis aptum fuisse talibus negotiis perpetrandis, qualia hic de Eumarida praedicantur. H. 10 a. 209/8, ut videtur. IG II 431 = II² 848. 11 Cf. n. 83[16]. Quae tum potissimum fuerit causa Anthesteriona pro Posideone duplicandi, latet. De fastis huius anni vide ad IG II² 848. 12 Cf. n. 491[1]. Potentia Euryclidis et Micionis fere ab a. 229 initium cepisse videtur, interemti sunt ultimis annis s. III iussu Philippi regis; Kirchner Goett. GA 1900, 453. 13 Ex hac tabula aliisque lapidibus inscriptis cognitum est eo ipso loco, ubi haec monumenta effossa sunt, delubrum Populi et Gratiarum fuisse. Cf. Judeich Topogr. Ath. 323. 14 Cf. IG II 392 = II² 916. Quod decretum initio s. II tribuendum esse videtur: [ἐπὶ .. ἄρχοντος τοῦ μετ]ὰ Φαναρχίδην. Etenim illius Eumaridae, cui c.a. 217/6 honores ab Atheniensibus decreti sunt, filius Charmio hic (v. 65) iam ipse adulta aetate filium, Eumaridam natu minorem, habet. 15 Ad Pythia. Tertio igitur Olympiadis alicuius anno hoc decretum factum est, sed quaenam sit Olympias, latet. H.

τεῖ | βουλεῖ τήν τε πατρικὴν εὔνοιαν καὶ τὰ ὑφ' ἑαυτοῦ πεπρα|γμένα, καὶ εἰς τὸ λοιπὸν ἐπαγγέλλεται χρήσιμος ἔσεσθαι | καὶ ἰδίαι καὶ κοινεῖ τοῖς παραγινομένοις εἰς Κρήτην Ἀθηναί|ων· ὅπως ἂν οὖν ἐμ παντὶ
60 καιρῶι τὰ φιλάνθρωπα πρὸς τοὺς ἀξίους | πράττηται καὶ νῦν καθάπερ καὶ πρότερον, τύχει ἀγαθεῖ δεδόχθαι | τεῖ βουλεῖ, τοὺς λαχόντας προέδρους εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ἐκ|κλησίαν χρηματίσαι περὶ τούτων, γνώμην δὲ ξυμβάλλεσθαι | τῆς βουλῆς εἰς τὸν δῆμον ὅτι δοκεῖ τεῖ βουλεῖ, τοὺς μὲν στρα|τηγοὺς ἀποστεῖλαι ξένια Χαρμίωνι Εὐμαρίδου καὶ τοῖς πα|-
65 ραγεγονόσι μετ' αὐτοῦ συνθεώροις καὶ τῶι ὑῶι αὐτοῦ Εὐμαρίδαι[16]· | τὸν δὲ ταμίαν τῶν στρατιωτικῶν μερίσαι τὸ γενόμενον ἀνά|[λ]ωμα κατὰ τὴν διάταξιν. ὑπάρχειν δ' αὐτῶι καὶ τὴν πατρικὴν | [π]ροξενίαν καὶ τοῖς ἐκγόνοις· εἶναι (δ') αὐτῶι καὶ εἰς τὸ λοιπὸν τῆ[ς | ἰδί]ας αἱρέσεως ποι-
70 ουμένωι τὴν ἀπόδειξιν εὑρέσθαι ἀγαθὸν | [π]αρὰ τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου, ὅτου ἂν φαίνηται ἄξιος εἶναι.

16 Cf. not. 14.

△**538. Amphictyones Philistum, medicum Coum, Delphis coronant, c.a. 216/15.** Edd. Jardé Bull. Hell. XXVI 1902, 269 n. 19 (Nikitsky Diar. min. inst. publ., rossice, 1905, April. 182) et Pomtow Klio XIV 309 (vs. 1—13); XV sep. p. 158, n. 109[b]. Cf. Herzog Arch. Anz. 1903, 11 et p. 198; Pohl De Gr. med. publ. 14[10]; J. Oehler Gesch. des Ärztestandes. [*Pw*]

A. Supplevi initia vs. 5—8, 11, 12, fines 6, 7. V. 10 init. legi -φου pro -λου ap. Ja., v. 12 in. [Ἀθ]αναίου pro ... δναίου ap. Ja., ubi Nik. [Ἀφι]δναίου ve] [Πυ]δναίου suppleverat; idem v. 7/8 etiam de Κ[οττα]έος cogitavit. Reliqua suppl. Ja. — V. 23 Τ in στεφάνωι, v. 25 αὐ in αὐτῶι supra lineam addita. V. 32 post Κῶι duae vel tres literae fere evanidae (utrum Κώιοις? an Κώιαι?).

Incipit *classis IX* Amphictyonica, in qua hieromnemonibus demotica adscribuntur, cf. n. 399 not. Haec cl. IX complectitur 11—12 Aetolos quibus asseclae 3—4 accedunt velut 1 Chius, 1 Cephallen (cf. n. 539[11], 554[6]), 1 Ambraciota (cf. n. 539[9]), 1 Athaman, 1 Magnes Maeandrius (cf. n. 554 not. init. et ibid. not. 6). De classe VIII, quae Aetolos 13 + 1 habuerat, vide n. 523 not.; in classe X inde ab a. 191 sqq. etiam patronymica hieromnemonum perscribuntur. — In titt. 538/9 mutatio mira ab Aetolis facta: populorum nomina et suffragia per nefas omittuntur (Ἀθηναίων, Βοιωτῶν), cum demotica singula postponantur (Ἀθηναίου, Ταναγραίου); haec consuetudo abhinc retinetur, illa mox abicitur (ab a. 213, n. 545). Patet igitur titt. 538/9, quos Walek Delph. Amph. 152. 144 annis 211 et 223 attribuit, ad annos inter se contiguos pertinere, quorum fines post 220 (n. 528) et ante 208/7 ponendi sunt, si quidem hieromnemo Magnes Maeandrius, qui hic nondum comparet, re vera a. 207 constitutus est (cf. n. 550 not. init.). Suffragia vero populorumque nomina cum plane neglegantur, Aetolos ipsos in

A θεοί. | [ἄρχ]οντος ἐν Δελφοῖς Δαμ[οκρά]τεος]1, ἱερομναμονού(ν)των·
5 Αἰτωλ[ῶν2 (11) | Προ]άνδρου3 Φόλα, Κρατίνου Τριτέ[ος4, | Πολυ?]-
στράτου Σκαρφέος, Ἀλεξάνδ[ρου | Δαστ]ιάδα5, Φιλεταίρου Μελιταιέος,
Μ[ε|νεκρ]άτεος Λεπαδαίου6, Ἀνδρονίκου Κ[υ|τινιέο?]ς, Λυκέα Ῥαδανίου7,
10 Νικιάδα Κυφα[ι|ρέος8, Ἀρ]χεδάμου Προσχείου, Φαλαίκου | . . . . . ἀου·
Ἀριστοδάμου Πρώννου9· Λυ[σιδάμ]ου10, Ἡρία11 Δελφῶν· Εἰρα-
νίωνος12 | [Ἀθ]αναίου· Ἀλθαίου13 Χίου· Ἀπολλοδώρου | [Τ]αναγραίου14, ἔδοξε τοῖς Ἀμφικτύοσι· | [ἐ]πειδὴ Φίλιστος Μοσχίωνος Κῶ-
15 ιος15, | [ἰατρ]εύων ἐν Δελφοῖς, τὰς χρείας πα[ρέ]χεται κατὰ τὰν τέχναν

---

tit. 538_{10} post demoticum . . . . . ἀου, in tit. 539_{9} post Λυσιμαχέος finem habere, ergo hic Thespiensem, illic Cephallenem-Pronnum non Aetolis adnumerandos esse persuasum habeo. Quae cum ita sint, sequitur Boeotos tum bipartitos fuisse, — ut olim Phocenses a. 269 et 258 sqq., n. 422[5] et 444[4] et Achaei Phthiotae c.a. 258 sqq., n. 444[10] (cf. etiam Epicnemidios c.a. 235, n. 483[9] et c.a. 200, n. 597) —, ita ut occidentales circa Lebadeam habitantes (n. 538_{7}) foederi Aetolico addicti, reliqui liberi fuerint, cf. n. 538_{13} Ταναγραίου, 539_{10} Θεσπιέος. Quam partitionem cum Walekio 153 libenter primis belli annis 212/11 vindicaremus, nisi tum Scopam a. 212, Dorimachum 211, Pyrrhiam 210 Aetolorum strategos fuisse Niese II 477 not. fere probavisset; itaque Lattamus n. 539 ante eos (an inter Scopam-Dorimachum?) ponendus sit, cf. catalogum n. 546 *A*[1]. 1 De Damocrate v. supra ante tit. *B*. De tempore (a. 216—213) cf. not. initial. 2 Aetolos tantum undecim (adhuc duodecim) fuisse, in not. init. exposui. 3 Proander ipse aut rectius filius homonymus est hieromnemo a. 178, n. 635 (Πρόανδρος Προάνδρου Φόλας) et στρατηγός a. 170/69 (Πρόανδρος Φόλας), Delph. Chron. *R-E* IV 2678. 4 Κρατῖνος Τριτεύς est testis a. 195/4, W-F 329. Ja. 5 Oppidulum ceteroquin ignotum restitui ex tit. 539_{6}, sed etiam pagus Oetaeus [Ὁμιλ]ιάδα, ut suppl. Ja., in censum venit; cf. de Ὁμίλαις n. 545[7]. 6 Ergo pars Boeotiae occidentalis cum Lebadea tum Aetolorum erat, cf. not. init. 7 Oppidulum ignotum. 8 Urbs Κύφαιρα Achaiae Phthiotidis est; locis n. 239 *B*[6] allatis adde n. 523_{5}, 534 $B_{4.10}$, 538_{8}. 9 Antea perperam Πρωνν(ι)ου suppletum. At Πρῶννοι sunt et urbs et demoticum (ut Δελφοί); cf. n. 147_{108} cum not. 40 et Kern I. Magnes. 35_{39} cum not. (Hi). De Cephallenibus Amphictyoniae participibus v. notam initial. et n. 539[11]. 10 Utrum Λυσιδάμου an Λυσιμάχου supplendum sit, non constat; uterque annis 230—206 saepius Delphis occurrit. 11 Filius Ἀθανίων Ἡρία fideiussor est a. 190, W-F 331, Nik., qui primus docuit ‚ethnica' hic non ante-, sed postposita esse. 12 Nik. affert Ε(ι)ρηνίων Ἑρμαίο(υ) IG II 3649, cf. 3663 [deest in *PA*]; forma Dorica Εἰρανίων nihil offensionis habet, vide n. $539_{10.13}$ Εὔδαμος Ἀθηναῖος. 13 Nomen Ἀλθαῖος in insula Chio adhuc non servatum, recensetur saec. III Eretriae IG XII 9, 249 A_{90}; Chius est colonia Euboeensium, cf. n. 447[3], 402[11]. 14 Ut hic Ταναγραῖος, sic n. 539_{10} Θεσπιεύς demonstrat Boeotiam tum esse bipartitam, v. notam init. 15 ‚*Den*

ἀπροφασί|στως, ἐκτενῶς πᾶσι τοῖς παραγινο|μένοις ποτὶ τὸν θεόν, ἀξίως
20 τᾶς τῶν | Κώιων πόλιος, τάν τε λοιπὰν ἀναστροφὰ|ν καλ⟨λ⟩ῶς καὶ ἐν-
δόξως ποεῖται, ἐπαινέ|σαι τε οὖν αὐτὸν καὶ στεφανῶσαι χρυ|σέωι στε-
φάνωι καὶ ἀναγορεῦσαι ἐν | τῶι γυμνικῶι (ἀγῶνι) τῶν Σωτηρίων· δε-
25 δό|σθαι δὲ αὐτῶι καὶ προδικίαν, εἶμεν δὲ καὶ | ἀσφάλειαν αὐτῶι καὶ
πολέμου καὶ εἰράνας. | ἀναγράψαι δὲ τὰ δεδογμένα ἐν στά|λαν λιθίναν
καὶ ἀναθέμεν ἐν τῶι ἱερῶι | τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Πυθίου. δόμεν 16 [δ]ὲ |
30 [κ]αὶ τοῖς τὰ Πύθια ἐπαγγελλόντοις τᾶι | τῶν Κώιων πόλει τοῦ ψαφί-
σματος τὸ ἀ[ν|τ]ίγραφον, ὅπως ἀναγορευθῇ ὁ στέφαν[ος | τ]οῖς Διονυσίοις
τοῖς ἐν Κῶι . . καὶ τοῖς | [Ἀ]σκλαπιείοις· ἀναθέμεν δὲ καὶ στάλ[αν | ἐν]
τῶι ἱερῶι τοῦ Ἀσκλαπιοῦ 17.

Nomen archontis a Jardéo Δα[μοκράτεος] suppletum (Μ addidi ex lapide) recte se habere videtur. Nam sub eodem archonte etiam civis Calymnae, quae Cois finitima nonnumquam sub eorum dicione erat (Herzog Koische Forschg. 182 sq.), Delphis laudatur; neque veri dissimile est, eum una cum Philisto medico Delphos pervenisse. Itaque titulum illum deperditum, quem unus viderat Cyriacus, huic subiungere liceat:

B. Philippus Calymnius Delphis, c.a. 216/15. Ed. Cyriacus Moron. p. XXX n. 203 versibus indiscretis (CIG 1691; Le Bas 879; GDI 2673).

θεοί. | Δελφοὶ ἔδωκαν Φιλίππωι Ἀπολλωνίου 18 Καλυμνίωι, αὐτῶι καὶ

Arzt Philistos kennen wir als wohlhabenden und opferwilligen Bürger' (Herzog); cf. laterculum stipum ap. Paton-Hicks Inscr. of Cos n. 10^b [GDI 3624^b]: Φίλιστος Μοσχίωνος καὶ ὑπὲρ τῶν υἱῶν XXXX. Ja. Seu idem seu propinquus mihi videtur medicus Cous aequalis Φίλιστος Νικάρχου (an καθ' υἱοθεσίαν?), qui in decreto Iasiensium inedito honoratur ap. Herz. 198. — Ne Philistum belli causa Delphos missum esse putes, — ut e.g. in tit. 528 Hermias Cous apud Cnosios de civibus vulneratis bene meruit, aut Melancomas Megalopolita, qui a. 207 ,*als Militärarzt das erste messenische Hilfscorps* (n. 555) *begleitet hat*', Klio l.l. n. 110 —, impediunt verba πᾶσι τοῖς παραγινομένοις ποτὶ τὸν θεόν (v. 18). De medicis Cois aliisque Asclepiadis, quos Delphis artem exercuisse scimus, fusius egi Klio XV l.l.; ex illis prae ceteris nominandi: *Nebrus* ille clarissimus, pater gentis Nebridarum, qui bello Crisaeo c.a. 590 interfuerat; deinde ipse θεῖος Ἱπποκράτης cuius donarium Delphicum restauravimus ibid. sep. p. 137, n. 103/4; tum Διεύχης Κῶιος notissimus, statua Delphica honoratus ibid. n. 107. — De schola medicorum Coa cf. Herzog Koische Forschg. 200 sqq., de medicis Graecis in universum Pohl et J. Oehler l.l. 16 δόμεν ,*mitgeben*'. Videntur Pythia haud procul abesse, quare hoc decretum etiam autumno 215/14 vindicari potest. Nam de pylaea quadam autumnali hic agi ex Soteriis v. 23 commemoratis concludas. 17 Ad proclamationem honorum in ludis Dionysiis et Asclepieis et de stela ibi ponenda Ja. conferri iubet ap. Paton-Hicks l.l. tit. 5. 10. 13. 14 et GDI 3619. — *B.* 18 Ἀπολλώνιος Ἀπολλωνίου et

ἐκγόνοις, προξενίαν, προμαντείαν, προεδρίαν, προδικίαν, ἀσυλίαν, ἀτέλειαν πάντων καὶ τὰ ἄλλα⟨ὁ⟩ ὅσα καὶ τοῖς ἄλλοις προξένοις καὶ εὐεργέταις. ἄρχοντος Δαμοκράτεος, βουλευόντων Ἀγίωνος, Ἀριστομάχου, Εὐδώρου, Ἀλεξάρχου.

Ἡρόστρατος Ἀπολλωνίου recensentur Calymnae GDI 3590_{60}. Ibidem v. 55 exstat Φίλιττος Ἐρατωνίδα ‚*probably a blunder for Φίλιππος*' (Newton I. Brit. Mus. II n. 298); sed cum nomen Calymnium Φίλιτος etiam aetate imperatoria GDI $3599_{3.4.8.10}$ servatum sit, potius Cyriacum erravisse et in tit. supra posito Φιλίττωι Ἀπολλωνίου emendandum esse opinor. Cf. Βίτων et Βίττων (Hi).

△539. Eudemus, hieromnemo Atticus, ab Amphictyonibus et Delphis laudatur, c.a. 216/15. [*Pw*]

A. Decretum Amphictyonicum. In anta meridionali thesauri Atheniensium, ‚*sur trois pierres superposées*'. Vs. 5—12 ed. Couve Bull. Hell. XVIII 1894, 241 (GDI 2531), titulum integrum Jardé ibid. XXVI 1902, 273, n. 20 et Colin Fouill. III 2, n. 86.

[ϑ]εοί. | [στραταγ]έοντος Λαττάμου[1], ἄρχο[ντος δὲ | ἐν Δελφοῖς -7 ι-]-εος[2], [ἱερομναμονούν|των· (Αἰτωλῶν 11) τοῦ δεῖνος ethnicum[3], τοῦ

De *classe IX* Amph. cf. n. 538 not., ubi etiam de postpositis demoticis (Θεσπιέως, Ἀθηναίου) pro antepositis populorum nominibus (Βοιωτῶν, Ἀθηναίων) disputavi. Aetolorum numerus fuisse videtur 11 + 3 (Ambraciota, Cephallen, Chius); 2 Delphos mero quadratarii errore omissos esse credo, nisi eos praeter consuetudinem initio, ante Aetolos, perscriptos in lacuna v. 4 interiisse putes. Thessalus Pharsalius qui v. 8 inter Aetolos comparet melius quadraret ad primos belli annos 212/11, cf. n. 545^1; quae enim Walek 151 exposuit de ‚duobus' Thessalis exulibus(?), sc. Pharsalio et Homiliada (n. 545_7), quorum vero urbes tum foederi Aetolico addictae non fuissent, prorsus abicienda sunt, cf. Goett. GA 1913, 137; Swoboda Staatsalt. 345^5. De Pharsalo cf. n. 545^3, de Homilis, pago Oetaeorum, ibid. not. 7.

1 Cum apud Polybium dux Aetolorum Λάτταβος c.a. 224/1 recenseretur (v. infra), in promptu erat, praetorem Λάτταμον eundem habere codicesque emendare; quod fecerunt Co. et Walek Delph. Amph. 145 qui hac homonymia fretus titulum suprapositum anno 223 vindicavit. Sed utrumque nomen recte se habet; quod ne prius cognosceretur, prohibuit falsa Couvii lectio Bull. Hell. XVIII 1894, 235 (Or. Gr. I. 234_6; Baunack GDI 2529), quo in titulo idem Lattamus hieromnemo comparet, qui supra strategus est. Nam in lapide ibi legitur inter Aetolorum hieromnemonas (v. 6): Λαττάμου Βουκατιέος pro Couvii Λατταμίου Βου(χ)ατιέος, quam formam Λαττάμιος interpretari frustra studuit Baun. l.l. Longe alia familia erant Lattabi Naupacto oriundi: c.a. 243 pater Στρόνβι[χο]ς Λατ[τ]βου Αἰτωλός, proxenus Delphorum ἄ. Δαμοχάρεος, Fouill. III 1, 148; c.a. 224/1 filius Λάτταβος et Νικόστρατος duces Aetolorum in Boeotia Polyb. IV 3, 5; 25, 3, IX 34, 11; Niese II 409; a. 185/4 nepos Σωσίπατρος Λαττάβου Ναυπάκτιος manumissor Delphis, W-F 285. 2 Quis archon fuerit, non constat. Nomen [Δαμο-

5 δεῖνος ..|...ο]ς, Φαίκου Θαυμακοῦ, Πτολε[μαίου]4 | Στρατίου, Λαμίου Δαστιάδα5, Λαῖστα Ὑπο|σειρίου5, Θαρσύα Οἰν(ο)αίου5a, Δαμοκρίτου Με|ταπίου6, Πολλέα Φαρσαλίου7, Θεοδότου | Ἀπεραντοῦ8, Ὑλαίου 10 Λυσιμαχέος· Λυκίσκου | Θεσπιέως9· Εὐδάμου Ἀθηναίου· Δαμοκρίτου Ἀμ|βρακιώτα10· Δράκοντος Κεφαλλᾶνος11· Ἡροδό|του

κράτ]εος supplere conatus sum Goett. GA 1913, 156, 12 et Klio XV 44 (inde corrigas Klio XIV 309), ut idem sit annus atque in tit. 538; tamen in ectypo Klaffenbach et nos potius του legisse nobis visi sumus. At cum hieromnemo Atticus in utraque pylaea eiusdem archontis idem recenseri debuerit, supra nec de [Δαμοκράτ]εος nec de [Πολυκλεί]του cogitari potest; nam hoc archonte Menander n. 545_9, illo Iranio n. 538_{12} ab Atheniensibus est missus, cum in tit. supra posito Eudamus hoc munere fungatur. Itaque hi tres tituli tribus diversis annis attribuendi sunt. 3 Pro Aetolo quodam primo Co. suppl. [πυλαίας ... | .....]; sed pylaeae mentio his annis deesse solet. Verbum Αἰτωλῶν cum etiam in tit. 545 omittatur, hic eundem numerum Aetolorum (11) supplendum duxi qui in decretis proxime praecedente n. 538 et insequente n. 545 exstare videtur. Lacunam ethnici v. 4/5 explet e.c. [Λα|μιεό]ς. 4 Ja. exhibet ΠΟΛΙ, Co. Πολ[υ_ 5 _]; at in ectypo Πτολ- vel Προδ- dispicitur, unde Πτολε[μαίου] restitui. 5 Oppidulum ignotum; cf. n. 538_6. 5a Hic scriba confusione mira vocalem ο in ethnico Aetolico Οἰν(ο)αῖος omisit, eodem fere anno in demotico Attico n. 541 A_3, B_2 Οἰν⟨ο⟩αῖος perperam addidit. 6 Vulgo Μεταπαῖος, quod ex Couvii lectione Μετανίου (quam Ja. emendavit) correxeram *R-E* IV 2689. 7 De Pharsalio v. not. init. et n. 545^3. 8 Aperantiam non Thessaliae esse (sic Steph. Byz., Baun., Ja.), sed ad Aetoliam ἐπίκτητον pertinere vix est quod moneam. Cf. n. 546 A_9, ubi Theodoti filius, et ibid. not. 7, ubi cippi sepulcrales huius familiae commemorantur. 9 Pro Θεσπιέως (sic) emendaveram *R-E* IV 2689: Θεσ(τ)ιέος ex tit. 545_4, quod Co. recepit. Sed cum in tit. 538_8 inter Aetolos compareat Λεπαδαῖος et in fine post Chium Ταναγραῖος exstet, dubitari non potest, quin ille Θεσπιεύς re vera Boeotus fuerit. Neque de Θεσπείᾳ Thessaliae, ap. Steph. Byz. commemorata, cogitari licet (sic Ja., Baun.), quia huius urbis vestigium nullum aliunde innotuit; eodem modo Steph. Byz. et Ptolem. urbes Aperantiam et Homilas perperam Thessaliae vindicaverunt. Id unum nondum usquequaque exploratum, utrum ille Thespiensis fuerit ultimus Aetolorum an primus hieromnemonum autonomorum (quod supra praetuli). De Boeotis bipartitis cf. n. 538 not. init. 10 Primus hieromnemo Ambraciota, quem novimus. De Ambracia Amphictyoniae et foederis Aetolici participe cf. Jahrbb. Phil. 1894, 550 not. (et Swoboda Staatsalt. 344 not. 5), ubi eam continuo ab a. 229 ad a. 189 Aetolorum fuisse demonstravi; sed vix diiudicari potest, utrum urbs isopolitia an sympolitia cum illis fuerit coniuncta. Nam in tit. quoque 545_7 Ambraciota non Aetolis ipsis adnumerandus videtur, cf. ibi not. 8. 11 Idem hieromnemo: Κεφαλλάνων· Δράκοντος in laterculo victorum Soteriorum Bull. Hell. XXVI 1902, 266 n. 17a (melius

Χίων, ἔδοξε τοῖς Ἀμφικτιόνεσσι· ἐπειδὴ Εὔ|δαμος Ἀπολλωνίου Ἀθη-
ναῖος[12], παραγενόμενος | ἐν Δελφούς, τάς τε θυσίας ἔθυσε τὰς πατρί|-
15 ους καλῶς καὶ φιλοτίμως, πλείσταν σπουδὰν | ποιούμενος τᾶς ἐν τὸ
δαιμόνιον εὐσεβείας, ἐπε|μελήθη δὲ καὶ τῶν λοιπῶν ἀκολούθως τοῖς
τε | νόμοις καὶ τοῖς ψαφίσμασι τῶν Ἀμφικτιόνων, | καὶ ἀξίως καὶ τοῦ
20 θεοῦ καὶ τᾶς πόλιος τὰν ἐπιδα|μίαν ἐποιήσατο μετὰ τῶν λοιπῶν
ἱερομναμό|νων· ὅπως οὖν φαίνηται τὸ κοινὸν τῶν Ἀμφικτι[ό]|νων ἀξίως
ἐπιστρεφόμενον τᾶς τῶν εὐεργετᾶν | τιμᾶς, ἐπαινέσαι τὰν πόλιν τῶν
Ἀθηναίων ἐπὶ τᾶι | ἀποστολᾶι τοῦ ἀνδρὸς καὶ αὐτὸν Εὔδαμον Ἀπολ|-
25 λωνίου Ἀθηναῖον, καὶ στεφανῶσαι χρυσῶι στεφάνωι | εὐνοίας ἕνεκεν
καὶ φιλοτιμίας τᾶς εἰς τὸ κοινὸν | τῶν Ἀμφικτιόνων. τὸν δὲ στέφανον
ἀναακαρῦ|ξαι ἐν μὲν Δελφοῖς Σωτηρικοῖς τῶι ἀγῶνι, [ἐν Ἀ]|θήναις δὲ
30 ἐν τοῖς Διονυσίοις ἐν τῶι θε[άτρωι, | ,δ]τι τοὶ Ἀμφικτίονες στεφανοῦντ[ι
χρυσῶι στεφάνωι] Εὔδαμον Ἀπολλων[ίου Ἀθηναῖον | ἀρετᾶς καὶ εὐ-
σεβε]ίας [ἕν]εκ[εν] καὶ εὐνο[ίας | τᾶς εἰς τὸ κοι]νὸν τῶν Ἀμφικτιόνων'.
35 δεδόσθαι | [δὲ αὐτῶι καὶ] ἀσφάλειαν καὶ ἀσυλίαν ἀπὸ πάντων | [καὶ
προδικίαν[13] καὶ] ἀτέλειαν καὶ προεδρίαν ἐν πᾶσιν | [τοῖς ἀγώνοις, οἷς
τίθεντ]ι τοὶ Ἀμφικτίονες, καὶ τὰ ἄλλα | [φιλάνθρωπα πάντα ὡς[14] εὐερ-
γε]τοῦντι τὸν θεὸν καὶ τὸ κοινὸν | [τῶν Ἀμφικτιόνων. ὑπάρχειν δ]ὲ
40 τὰς τιμὰς ταύτας | [αὐτῶι καὶ ἐκγόνοις] -- | -- | -- ἐν [Δ|ε]λφοῖ[ς[15] -- |
..]ε δὲ ἀν[αγράψαι τὸ ψάφισμα τόδε τὸν γραμ]|ματέα τῶ[ν Ἀμφικτι-
όνων ἐν τῶι ἱερῶι τοῦ Ἀπόλλωνος].

B. Decretum Delphicum. Titulum *B* infra *A* ab eodem quadratario incisum ad eundem Eudamum rettulit Colin qui ed. Fouill. III 2, n. 87.

Nikitsky Diar. min. instit. publ. 1905, Mart. 148), quem propter numerum Aetolorum (15? + 2) et demotica omissa classi VII[b] et anno 222 adscripsi Klio XIV 307. De Cephallenibus idem fere dicendum atque de Ambraciotis not. 10: seu isopolitia seu sympolitia cum Aetolis erant coniuncti, quare aut ultimi eorum (n. 538) aut statim post eos (n. 564 et Or. Gr. I. 234), aut inter alios hieromnemones (Bull. XXVI 266, n. 17[a] et supra n. 539) recensentur. Cf. etiam Swoboda Staatsalt. 348[8]; 349[1]. Suffragium Cephallenum fuisse alterum Magnetum Thessalorum suspicatus sum n. 554[6]. 12 Cum hieromnemones in altera demum pylaea honorari soleant, decreta n. 539; 483[7]; 482 al. pylaeis vernis facta esse verisimile est. De forma Dorica Εὔδαμος cf. n. 538[12], de Eudamo ipso infra not. 16. Exstat etiam canephorus Attica Εὐδάμα Καλλικλέους a. 138, n. 696 C_2. 13 Pro [καὶ προδικίαν], quod ex titt. 461, 488, 494 al. restitui, Co. suppleverat [ἐν Δελφοῖς]. 14 Supplevi pro Colini [ὅσα τοῖς ἀνδράσιν οἳ κτλ.]. 15 Vs. 41 fin., 42 init. habet Ja., neglexit Co. ut nunc in lapide deletos.

Δελφοὶ ἔδωκ[αν Εὐδάμωι Ἀπολλωνίου Ἀθηναίωι 16, δήμου Ἀ]|νακαιέων, φ[υλῆς Ἱππο]θωντίδος, αὐτῶι [καὶ ἐγγόνοις, προξε|νίαν, προ]μαν[τείαν,] προεδρίαν, προδικίαν, ἀσ[υλίαν, ἀτέλει|αν πάντων 17 καὶ τὰ] ἄλλα ὅσα
5 καὶ τοῖς ἄλ[λοις προξένοις | καὶ] εὐεργέταις. ἄρχ[οντος _ 7 ι _ος, βου-λευόντων _ c. 7–8 ι _], | Ἀνδρονίκου, Ἡράκω[νος, _ _].

16 Hic Εὔδαμος Athenis nondum innotuit. 17 ἀσ[υλίαν ἀπὸ πάν|των, ἀτέλειαν, καὶ] suppl. Co. manifesto secutus titulum A_{34}; sed in B formulae Delphicae, non Amphictyonicae erant restituendae.

540. Athenienses epimeletas mysteriorum laudant a. 215/4. Eleusine, nunc in museo nat. Edd. Philios Ἐφ. 1887, 175; IG II 5, 385 *d*. II² 847 (Syll.² 650. Michel 132). Cf. van der Loeff De ludis Eleusin. Lugd. Bat. 1903, 7; Stengel Berl. phil. Wochenschr. 1903, 1058. [*Ki*]

ἐπὶ Διοκλέους ἄρχοντο(ς) 1, ἐπὶ τῆς Ἱπποθωντί|δος τρίτης καὶ δεκάτης 2 πρυτανείας, ἧι | Ἀριστοφάνης Στρατοκλέους Κειριάδης ἐ|γραμμάτευεν·
5 βουλῆς ψηφίσματα· Σκιροφο|ριῶνος τρίτει ἱσταμένου, τρίτει τῆς πρυτα|νείας 3· βουλὴ ἐμ βουλευτηρίωι· τῶν προέδρων [ἐ]|πεψήφιζεν Φανοκλῆς Ἱπομάχου Ἀγγελῆθεν | καὶ συμπρόεδροι·

ἔδοξεν τεῖ βουλεῖ καὶ τῶι δήμωι·

10 Δημοκράτης Σουνιέως Κολωνῆθεν εἶπεν· ἐπειδ[ὴ] | οἱ ἐπιμεληταὶ τῶν μυστηρίων 4 οἱ χειροτονηθέντες | εἰς τὸν ἐνιαυτὸν τὸν ἐπὶ Διοκλέους ἄρχοντος τάς | τε θυσίας ἔθυσαν ὅσαι καθῆκον αὐτοῖς ἐν τῶι ἐνιαυ|τῶι
15 τεῖ τε Δήμητρι καὶ τεῖ Κόρη[ι] καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς | οἷς πάτριον ἦν ὑπὲρ τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου καὶ πα[ί]δων καὶ γυναικῶν· ἔθυσαν δὲ καὶ τὰ προθύματα ἀε[ὶ] 5 | καὶ τὸ ζεῦγος παρεσκεύασαν ἐκ τῶν ἰδίων εἰ[ς] | τὴν κομιδὴν τῶν ἱερῶν 6, τὸ δὲ μερισθὲν αὐτο[ῖς] | εἰς τὴν
20 τοῦ ζεύγους τιμὴν ἐπέδωκαν τεῖ βο[υ]λεῖ· ἐπεμελήθησαν δὲ καὶ τῆς ἅλαδε ἐλάσε[ως] 7 | καὶ τῆς Ἐλευσῖνι τοῦ Ἰαάκχου 8 ὑποδοχῆς· ὡσ-⟨σ⟩α[ύ]|τως δὲ καὶ τῶν πρὸς Ἄγραν μυστηρίων, γενο[μ]ένων δὶς ἐν τῶι ἐνιαυτῶι διὰ τὸ συντελεῖ[σθ]αι τὰ Ἐλευσίνια 9· ἀ[π]έσ[τ]ειλαν δὲ καὶ

Litterae ΑΔΛΠΡΟ non στοιχηδόν. 1 Cydathenaeensem, qui in recensu archontum n. 542 col. II_{13} occurrit, agnovit Koe.; eum a. 215/4 archontem fuisse satis constat. 2 Tredecim tribus fuerunt inde a Ptolemaïde constituta (inter a. 224/3—222/1, cf. n. 496 2) usque ad Antigonida et Demetriada sublatas et Attalida adiunctam (a. 200, cf. n. 466 5. Kirchner Goett. GA 1900, 451 1). 3 Manifestum est annum intercalarem esse, quo tredecim prytaniae respondebant tredecim mensibus. Koe. 4 Cf. n. 384 5. 5 ΑΕ Suppl. Ki. 6 Cf. n. 86_{10}. 7 Cf. n. 93 20. 8 ΙΑΑΚΧΟΥ agnoscere sibi visus est Phil. Ἐφ. 1890, 131 not. 3. Probat hanc lectionem ectypum. 9 v. d. Loeff συντελεῖσθαι intellegit ‚celebrari' et haud improba-

25 εἰς τὰ [Ἐ]λευσίνια θῦμα ταῦρον, ἐκρεανόμησαν δὲ κα[ὶ] | τεῖ βουλεῖ τοῖς ἑξακοσίοις καὶ πεντήκοντα 10· | καὶ περὶ τούτων ἁπάντων τούς τε λόγους ἀ[π]ενηνόχασιν πρὸς τοὺς λογιστὰς καὶ εἰς [τὸ] | μητρῶιον, καὶ
30 τὰς εὐθύνας δεδώκασιν ἐν | τῶι δικαστηρίωι κατὰ τοὺς νόμους· καὶ τὰ | ἄλλα πάντα ὅσα προσῆκεν εἰς τὰς θυσίας | ἀνηλώκασιν ἐκ τῶν ἰδίων φιλοτιμούμεν[οι] | πρὸς τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον· ὅπως ἂν | οὖν
35 ἐ[φ]άμιλλον εἶ τοῖς φιλοτιμουμένοι[ς], | εἰδόσιν ὅτι χάριτας ἀξίας κομιοῦνται[ι ὧν] | ἂν εὐεργετήσωσιν, ἀγαθεῖ τύχει δε[δό]χθαι τεῖ βουλεῖ, τοὺς προέδρους οἵτινες ἄ[ν λά]χωσιν προεδρεύειν εἰς τὴν ἐπιοῦσαν
40 [ἐκ]κλησίαν χρηματίσαι περὶ τούτων, γν[ώμην] | δὲ ξυμβάλλεσθαι τῆς βουλῆς εἰς τὸν [δῆ]μον ὅτι δοκεῖ τεῖ βουλεῖ, ἐπαινέσαι τ[οὺς] | ἐπιμελητὰς τῶν μυστηρίων τοὺς ἐπ[ὶ Διο]κλέους ἄρχοντος, Θρασυκλῆν
45 _c. 81_ | Αὐρίδην, Νικήτην Νικήτου [Περγασῆθεν] 11, | καὶ στεφανῶσαι ἑκάτερο[ν αὐτῶν μυρρί]νης στεφάνωι εὐσεβείας [ἕνεκα τῆς πρὸς] | τοὺς θεοὺς καὶ φιλοτι[μίας τῆς εἰς τὴν βου]λὴν καὶ τὸν δῆμον. ε[ἶ]ναι δὲ
50 αὐτοῖς καὶ εἰς τὰ | λοιπὰ φιλοτιμο[υμ]ε[νοις καὶ ἄλλο ἀγαθὸν εὑ]ρέσθαι παρὰ τοῦ [δήμου, οὗ ἂν φαίνωνται ἄξιοι] | εἶναι. ἀναγρά[ψαι δὲ τόδε τὸ ψήφισμα τὸν] | γραμματέα τὸν [κατὰ πρυτανείαν ἐν στήλαις] | λιθίναις δυσ[ὶν καὶ στῆσαι τὴν μὲν ἐν τεῖ αὐ]λεῖ τοῦ ἱερ[οῦ τοῦ ἐν
55 Ἐλευσῖνι, τὴν δὲ ἐν ἀκροπ]όλει· (εἰ)ς 12 δ[ὲ τὴν ἀναγραφὴν --]

biliter statuit sub fin. s. III mysteria minora eis annis iterata esse, quibus Eleusinia magna agebantur. Cf. Stengel. A. 215/4 autem Eleusinia magna celebrata esse probavit Kolbe Att. Arch. 70. 10 Quinquageni fuerunt ex tredecim tribuum unaquaque (not. 2). 11 Hic quoque duo sunt, non quattuor, ut Syll.² 587 158. In decreto IG II 5, 323 *b* = II² 683 nomina perierunt. Quaternarius numerus adhuc nusquam repertus est in titulis. 12 O \EIΣΔ. Emendavit Koe.

△541. Tetrapolenses Attici a Delphis honorantur, c.a. 215 et 204. [*Pw*]

△*A*. Promanteam et proedriam accipiunt Tetrapolenses, c. 215. In anta septentrionali thesauri Atheniensium. Ed. Colin Culte d'Apoll. Pyth. 63, n. 33 cum fig. 7 (Bull. Hell. XXX 1906, 217) et Fouill. III 2, n. 18 cum tab. III 2 (text. 2).

θεοί. | ἔδοξε τᾶι πόλει τῶν Δελφῶν· ἐπειδὴ Τετραπολεῖς 1, ἀποστείλαν|-

De aetate tituli v. nott. 3 et 4. Quattuor alia decreta in honorem Tetrapolensium facta habemus a. 204, n. 542; a. 178, n. 640; post a. 151 (?) Fouill. III 2, n. 21/22, cf. infra not. 6. 1 Steph. Byz. Τετράπολις τῆς Ἀττικῆς, ἔχουσα δήμους καὶ πόλεις τέτταρας· Οἰνόην, Προβάλινθον, Τρικόρυνθον, Μαρα-

τες ἐξ αὐτῶν Κύδιππον Οἰνοαῖον[2], ὑπέμνασαν τὰν ὑπάρχουσαν αὐτοῖς | οἰκειότατα ποτί τε τὸν θεὸν καὶ τὰμ πόλιν, καὶ ἀπελογίξαντο[3] ὅτι
5 διατηρέον|τι τὰς ἐξ ἀρχᾶς παρ' αὐτοῖς θυσίας τε καὶ τιμὰς δεδο-μένας τῶι θεῶι, δεδόχ|θαι τᾶι πόλει, ὑπάρχειν τὰν προμαντείαν Τετραπολεῦσι εἰς τὸν ἅπαντα χρό|νον, καὶ ἐπὶ τῶν βωμῶν θύειν πρώτοις μετὰ Δελφοὺς κατὰ τὰ πάτρια, εἶμεν δὲ αὐ|τοῖς καὶ προ-εδρίαν ἐν τοῖς ἀγῶσι πᾶσι τοῖς τοῦ θεοῦ, καὶ ἐπαινέσ[α]ι καὶ στεφα|-νῶσαι Τετραπολεῖς παρὰ τοῦ θεοῦ δάφνας στεφάνωι, εὐσεβείας ἕνεκεν |
10 καὶ φιλοτιμίας ἂν ἔχοντες διατελέοντι ποτί τε τὸν θεὸν καὶ τὰμ πόλιν.

θῶνα. ‚Quam Tetrapolin ante Thesei synoecismum unam ex duodecim Atticae civitatibus fuisse Strabo IX 1, 20 refert. Postea vero sacrorum modo communio mansit inter quattuor illos demos', Syll.² 448, ubi archon et hieropoei Tetrapolensium recensentur; quorum decretum servatur etiam IG II 601 (II² 1243). Eorundem demorum Pythaistae donaria in Pythio Icario (Tetrapoli contiguo) dedicant post a. 350 (IG II 5, 1190 *b* et *c*, 1657 *b*), quibus de Pythaistis alteroque Pythio Tetrapoleos cf. Philochor. fr. 158 (schol. Soph. Oed. Col. 1102): .. τὸν τοῦ Πυθίου Ἀπόλλωνος βωμὸν τὸν ἐν τῷ Μαραθῶνι, ὅθεν καὶ τὴν θεωρίαν ἔπεμπον. ἱστορεῖ περὶ τούτων Φιλόχορος ἐν τῇ Τετραπόλει .. ‚ὅταν δὲ σημεῖα γένηται παραδεδομένα ἐν τοῖς ἱεροῖς, τότε ἀποστέλλουσι τὴν θεωρίαν οἱ ἐκ τοῦ γένους Πυθιάδα καὶ Δηλιάδα (corr. C. O. Mueller; cod. πυθίαι τε καὶ δηλιάδες), ὁποτέρα ἂν καθήκῃ αὐτοῖς. θύει δὲ ὁ μάντις, ὅταν μὲν τὰ εἰς Δελφοὺς πόμπιμα γένηται καὶ θεωρία πέμπηται, ἐν Οἰνόῃ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐν τῷ Πυθίωι· εἰ δὲ εἰς Δῆλον ἀποστέλλοιτο ἡ θεωρία, .. θύει ὁ μάντις εἰς τὸ ἐν Μαραθῶνι Δήλιον. καὶ ἔστιν ἱεροσκοπία τῆς μὲν εἰς Δελφοὺς θεωρίας ἐν τῷ ἐν Οἰνόῃ Πυθίῳ, τῆς δὲ εἰς Δῆλον ἐν τῷ Μαραθῶνι Δηλίῳ'. Neque postea Delphis Tetrapolenses desiderantur inter theoros et Pythaistas cf. a. 138, n. 696 *B*; a. 128, n. 697 *B*; a. 106, n. 711 D^1_{41}; a. 97, n. 728 *C*/D^1. Fabula enim cum referat Apollinem Deli natum primo appulisse ad Paraliam Atticam, unde per Tetrapolin Delphos se contulerit, necessitudines illas inter hoc κοινόν (n. 542_{10}, 640_{11}) et Delphos fuisse antiquissimas, sanctissimas, arctissimas patet. **2** De hoc legato cf. tit. *B* et not. 4; de demotico Οἰνοαῖος pro Οἰναῖος (quod solum Athenis occurrit) cf. n. 539^{5a}.

3 Ex verbis ὑπέμνασαν et ἀπελογίξαντο necnon ex enumeratione honorum singulorum iure conclusit Co., titulum *A* antiquissimum horum decretorum esse habendum; quod postea archontis nomine in tit. *B* detecto confirmatum est. Neque dubito, quin haec renovatio privilegiorum cohaereat cum amicitia inter Athenienses et Delphos in bello sociali (a. 220—217) redintegrata, quam testantur hieromnemones Attici inde ab a. 216 denuo Delphos missi (n. 538_{11}), cum ab a. 230 pylaea se abstinuierint (n. 494); cf. etiam decreta de symmachia Atheniensium et Aetolorum huic aetati ut videtur attribuenda Klio XV 7, n. 35/6, et de proxenia Atheniensi cuidam hoc anno (215) donata Fouill. III 2, n. 82.

△ *B*. Cydippus (Tetrapolensium legatus) honoratur, c. 215.
In cippo V *A*, 1 ante thesaurum Atticum. Ed. Colin Fouill. III 2, n. 166.

[Δελφοὶ ἔδωκαν Κυδίπ]πωι[4] Κυδίππο[υ | Ἀθηναίωι, φυλῆς Αἰαντ]ίδος, δήμου Οἰνο[αί]ωι, αὐτῶι καὶ ἐκγό]νοις, προξενίαν, προμ[αντείαν, προ-
5 εδρί]αν, προδικίαν, ἀσυλία[ν, ἀτέλειαν π]άντων, καὶ τἆλλα ὅσα κ[αὶ | τοῖς ἄλλοις πρ]οξένοις καὶ εὐεργέτ[αις. ἄρχοντος Ε]ὐδώρου, βουλευόντων Ἐ[ρασί]ππου, Ἀριστ]ίωνος[5], Νικάρχου.

△ *C*. Honores Delphici Tetrapolensibus confirmantur, c. a. 204.
In anta septentrionali thesauri Atheniensium. Ed. Colin Culte d'Apoll. 64, n. 34 cum fig. 8 (Bull. Hell. XXX 1906, 217) et Fouill. III 2, n. 19 cum tab. III 3 (text. 2).

θεοί. | ἐπὶ Καλλιέρου ἄρχοντος[6], ἔδοξε τᾶι πόλει τῶν Δελφῶ[ν] | ἐν ἀγορᾶι τε⟨ι⟩λείωι σὺμ ψάφοις ταῖς ἐ[ννόμο]ις· ἐπ[ειδὴ] | Τετραπολεῖς
5 διαφυλάσσοντι τά[ν τε εὔνοιαν καὶ τὰν | ἐ]ξ ἀρχᾶς αὐτοῖς ὑπάρχουσαν οἰκ[ειότατα ποτὶ τὰμ | π]όλιν μετὰ πάσας εὐσεβείας, κ[αὶ τιμέοντες διατελέ|ο]ντι τὸν θεόν, δεδόχθαι τᾶι π[όλει, καταμόνους εἶμεν | ἐ]ν τὸν ἅπαντα χρόνο[ν τὰς ἀναγεγραμμένας[7] αὐτοῖς ἐν | τ]ῶι ἱερῶι τοῦ
10 Ἀπόλλω[νος προεδρίας[7] καὶ τιμάς, ἐπαινέσαι | δ]ὲ καὶ τὸ κοινὸν τ[ῶν Τετραπολέων][7].

---

4 Suppl. Co. dubitanter, sed certum est hunc proxenum eundem esse atque legatum in tit. *A*; nam non solum nomen Cydippus est Athenis rarissimum, sed etiam Οἰνοαῖος in *A* et *B* additur. Fortasse idem IG II 982_{12} ἐπὶ Σωσιγένου ἄρχ. (Ἀθήνησι) c. a. 200, Co. Fouill. III 2 p. 28 not. 1 cum add. p. 289. Quae cum ita sint, de aetate vel anno tit. *A* iam non dubitandum.

5 Nomina supplevi ex titt. Klio XV 21, n. 43 et 45. 6 C. a. 204 honores Tetrapolensibus iterum renovati. Idem factum est a. 178, n. 640 et in duobus aliis decretis Delphicis, ex parte mutilis, Fouill. III 2, n. 21/2, quae Co. nunc post a. 151 relegare studet (addit. p. 289), quia tum demum latus meridionale thesauri inscribi coeptum sit; haud scio an recte.

7 Supplementa petivit Co. ex tit. 640_8 sq.

△ **542. Archontes Attici a. 229/8—213/2.** Athenis e regione antiqui fori, nunc in museo nat. — Fragmenta quattuor, quorum tria (v. 1—63) inter se contingunt. Ed. * IG II 859 (M. H. E. Meier Comment. epigr. secunda. Halis 1854, 69; Sauppe De creatione archontum att. Gottingae 1864, 4; Michel 649). Cf. Beloch Jahrb. Phil. 1884, 481; idem Gr. Gesch. III 2, 55; Kirchner Herm. XXVIII 1892, 143[1]; idem Goett. GA 1900, 446; Schebelew De rebus gestis Athen. a. 229—31. Petrop. 1898, 39. 95; idem in Diariis institut. publ. imperii Rossici 1899 mensis Mart. 115; Kolbe Att. Arch. 50. [*Ki*]

Supra v. 4 perierunt 11 versus: lemma totius catalogi subsequentibus 10 versibus, qui collegium archontum a. 230/29 exhibent.

229/28 [ἄρχ. Ἡλιόδωρος[1] Δ]ιομ(εεύς) II
5 [βασ. Ὀλυμ]πιόδωρος Ἀχα(ρνεύς) VIII
[πολ. Εὐπ]όλεμος Προσ(πάλτιος) VII
[θεσμ]οθέται
[Δ]ημοκλῆς ἐκ Κολω(νοῦ) IV
Ποσείδιππος Παιαν(ιεύς) V
10 Ἀλκιβιάδης Λευκον(οεύς) VI
Δίφιλος Ἀχερδούσι(ος) X
Λυσικλείδης Ῥαμν(ούσιος) XI
Θεόδωρος Ἀλωπεκ(ῆθεν) XII
228/7 ἄρχ. Λεωχάρης Παλλ(ηνεύς) XII
15 [β]ασ. Φιλοκράτης Παια(νιεύς) V
[π]ολ. Φιλωτάδης Φυλά(σιος) VIII
[θ]εσμοθέται
Σωφάνης Κυδαθηνα(ιεύς) I
Ἀρχέμαχος Φηγαιε(ύς) IV
20 Ἀγαθοκλῆς Κικυννε(ύς) VII
[Ἡ]γησίας Φλυεύς IX
[Θ]ρασυμήδης Ἀνακαι(εύς) X
Καλλίστρατος Φαλη(ρεύς) XI
227/6 [ἄ]ρχ. Θεόφιλος ἐξ Οἴου X
25 [β]ασ. Πρόξενος[2] Ἀφιδν(αῖος) XI
[πο]λ. Θέωρος Θριάσιο(ς) VIII
[θε]σμοθέται
Φίλαγρος Κοθωκίδη(ς) II
Εὔβουλος Λαμπτρεύ(ς) III
30 Εὔδημος Παιανιεύς V
Ἱεροκλῆς Παιονίδη(ς) VI
[Δ]ημόστρατος Φλυεύ(ς) IX
[Ἴ]σόφιλος Ἀμφιτροπῆ(θεν) XII
226/5 [ἄρχ]. Ἐργοχάρης Σφήτ(τιος) VII
35 [βασ. - - - - - -]

Supra v. 1 perierunt 8 versus: nomina trium archontum a. 217/6, lemma θεσμοθέται, nomina 4 thesmothetarum

[- - -ω]ν Φ[αληρεύς][12] XI
- - -ης Ἀναφ(λύστιος) XII
216/5 [ἄ]ρχ. - ε ι -ς[13] Ἐρχιεύς IV
βασ. Φιλι[π]πίδης[14] Κεφ(αλῆθεν) VII
πολ. Οἰνόφ[ι]λος Παιο(νίδης) V
θεσμοθέται
Ναυσίας Ἀτηνεύ(ς) I
Δημοκλῆς [Σ]υβρίδη(ς) II
Προκλείδη[ς] Ἀγγε(λῆθεν) V
Ἀθήνιππο[ς] Ἀφιδν(αῖος) VI
Δρομοκλῆ[ς] Πιθεύ(ς) X
Ἡρώιδης Φα[λ]ηρεύ(ς) XI
215/4 ἄρχ. Διοκλῆς Κυδαθ(ηναιεύς)
βασ. Θράσων [Π]ρα[σ]ι(εύς)[15] V
πολ. Αἰσχρίων Φρ[εάρ(ριος)][15] V
θεσμοθέται
Θεοκλῆς ἐγ Μυρρι(νούττης) IV
Λίνδος [Β]ερ[ε]νικίδ(ης) VI
Ἀρχικλῆς Θ[ο]ρίκιο[ς] VII
Ματρέας Λακιάδης IX
Δημόκριτος Συπαλ(ήττιος) X
Χαιρέας Παλληνε(ύς) XII
214/3 ἄρχ. Εὐφίλητος Προβ(αλίσιος) V
βασ. Ναυκράτης Ἁμαξ(αντεύς) X
πολ. Καλλικλῆς Ἀχαρ(νεύς) IX
θεσμοθέται
Κλεόδημος Κυδαθ(ηναιεύς)
Ἀπολλόδωρος [Λ]αμπ(τρεύς) II
Δημήτριος Βε[ρ]ενικ(ίδης) VI
Κιχησίας[16] Αἰξ[ω]νεύ(ς) X
Λεύκασπις Φ[αλ]ηρε(ύς) XII
Παντακλῆς Π[α]λλη(νεύς) XII
213/2 ἄρχ. Ἡράκλειτο[ς Ἀ]θμο(νεύς) X
βασ. Θηραμέν[ης - - -]
πολ. . η - - - - -

[πολ. - - -]ς Κήττι(ος) VI
[θεσμοθέτ]αι
-ε ι-μος Λαμπτρε(ύς) I
[Λ]αμπρίας Θοραιεύς II
40 . . κοιφρέων Παμβωτά(δης) III
[Ε]ὐφίλητος Φλυεύς IX
[Μ]νησίθεος Κόπρειος X
Λυσίστρατος Ῥαμνού(σιος) XI
225/4 [ἄ]ρχ. Νικήτης Σκαμβων(ίδης) VI
45 [β]ασ. Ξενόφαντος Κειρι(άδης) X
[πο]λ. Θεότιμος Λαμπτρ(εύς)[3] I aut III
[θ]εσμοθέται
Σωκράτης Θοραιεύς II
Καλλιτέλης Πλωθεύ(ς) IV
50 [Θ]ράσων Κικυννεύς VII
[Λ]ύσανδρος Ἀχαρνε(ύς) VIII
Ἡγησίνικος Φλυεύς IX
Ἡροσκάμανδρος Ἀλωπ(εκῆθεν) XII
224/3 ἄρχ. Ἀντίφιλος Ἀφιδν(αῖος) XI
55 [β]ασ. Δωρόθεος Ἱπποτο(μάδης) II
πολ. Πρωτομένης Εἰτε(αῖος)[4] XII
[θ]εσμοθέται
Εὐθύλοχος Γαργήττι(ος) I
Ἀντίπατρος Περγασ(ῆθεν) III
60 Μητρόδωρος Ἀθμονε(ύς)[5] IX
Δρωπίδης Κήττι(ος) VI
Φιλιππίδης Π - - -[6]
Θεόπομ[πος - - -]
223/2 [ἄρχ. Καλλι--[7] - - -]
65 [βασ. - - - - - -]
[πολ. - - - - - -]
[θεσμοθέται]
- - - - - -
- - - - - -
70 . . . . π . . ατης Ἁλαιε(ύς) IV
[Ἡρ]ακλείδης Πτελεά(σιος) VIII
Αἰνέας Ἁμαξαντεύ(ς) X
Εὔμηλος Οἰναῖος XI
θεσμοθέ[ται]
Ἀγαθοκλ[ῆς - - -]
Σίμων Κο - - -
Ἡρακλείδη[ς - - -]
Εὔνικος Σ[φήτ(τιος)][17] VIII
Ἄδμητος Π - - -
Ἄνδρων Ἁμ[αξ(αντεύς)][18] XI
vacat.

Litterae ΑΔΓΡΣΦ. Continentur hoc catalogo nomina archontum inde ab a. 230/29, quo Athenae dominatione Macedonum liberatae sunt; Niese II 286[2]. 288[4]; Ferguson Hell. Athens 204[4]. 207. Postquam intellectum est col. I_{84} supplendum esse [Θρασυφ]ῶν, quem archontem a. 221/0 in munere fuisse titulo Magnetico (n. 557[8]) proclamatur, postquam porro cognitum est ex lege Fergusoniana de scribis eligendis archontem Dioclem col. II_{13} ad a. 215/4 revocandum esse, effici potuit col. I post v. 63 excidisse 6 versus, col. I post v. 89 periisse 34 versus. Thrasyphontis et Dioclis annis constitutis, reliquorum archontum anni nullo negotio definiuntur. Ki. Goett. GA 447. Cum Sauppe animadvertisset in hoc laterculo novem archontes uniuscuiusque anni ad diversas tribus pertinere, Beloch 483 scite observavit thesmothetas singulorum collegiorum ex sollemni ordine tribuum recenseri. Peccatum est contra hanc normam bis annis scilicet Antiphili (224/3) et Menecratis (222/1), qua de re suo loco disseremus. Ad ordinem legitimum tribuum melius perspiciendum demoticis archontum numerum tribuum adscripsimus.

222/1 ἄρχ. Μενεκράτης Ὀῆθ(εν) IX
75 βασ. Αἰνησίδημος Συπ(αλήττιος) X
[π]ολ. Κλεομέδων Ἀτην(εύς) II
θεσμοθέται
Ἱέρων Αἰθαλίδης I
[Ἔ]λπιστος Ἀναχαι(εύς)[8] II
80 [Ἡρα]κλείδης Φιλαΐδ(ης) IV
.....ς Κήττιος VI
.....ς Αἰγιλιεύς[9] VII
_ *ε ι* _ Τρικορύσιος XII
221/0 [ἄρχ.Θρασυφ]ῶν[10]Ἀλωπε(κῆθεν)XIII
85 [βασ. _ *ε ι* _ω]ν Κολλυ(τεύς) IV
[πολ. _ *ε ι* _]ς Ῥαμν(ούσιος) XII
[θεσμοθέται]
[_ _ _ Δειραδ]ιώτη(ς)[11] I
_ _ _ _ _αι(_)

Infra v. 89 perierunt 34 versus: nomina 4 thesmothetarum a. 221/0, deni versus archontum a. 220/19, 219/8, 218/7.

Atque a. 307/6 novis tribubus Antigonide et Demetriade creatis cum ordo tribuum esset talis, ut duas novas tribus in fronte positas decem antiquae sequerentur, post Ptolemaida institutam (inde a col. I_{74} huius catalogi; vide infra notam 9) hunc ordinem sollemnem tredecim tribuum in documentis publicis habemus: Antigonis I, Demetrias II, Erechtheis III, Aegeis IV, Pandionis V, Leontis VI, Ptolemais VII (obtinet scilicet haec tribus medium locum), Acamantis VIII, Oeneis IX, Cecropis X, Hippothontis XI, Aeantis XII, Antiochis XIII.

1 Suppl. Ki. Goett. GA 452. Cum scriba anni 221/0 pertineat ad Pandionida, anni 226/5 ad Antiochida (vide archontum laterculum PA II p. 639), sequitur archonti a. 229/8 assignandum esse scribam Cecropidis. Huic anno decretum anni archontis Heliodori IG II 5, 385 *b* = II² 832 paullo ante tempus tredecim tribuum factum vindicandum erit, cuius scriba Athmonensis Cecropidis est. Diomeensium demum, cui adscriptus est archon Heliodorus, a. 307/6 ex Aegeide in Demetriada translatum esse evincere studuit Kirchner Die Zusammensetzung der Phylen Antigonis und Demetrias Rh. Mus. LIX 1904, 294. Vide etiam ibid. XLVII 1892, 550. 2 Est ex nobilissima familia Harmodii tyrannicidae, cuius stemma compositum est PA 2232. 3 Post a. 307/6 Lamptrensium partem ad Antigonida, partem ad Erechtheida pertinuisse t. IG II 324 = II² 681 anni Polyeucti (275/4) docet. In catalogo supra posito Λαμπτρεύς col. I_{29} et II_{28} ex ordine, quo recensetur, Erechtheidi attribuendus est, col. I_{38} Antigonidi. Utrum Theotimus polemarchus huius fuerit tribus an illius, discerni nequit.

4 Saeculo quarto Εἰτέα ad Acamantida et Antiochida pertinebat, inde ab a. 307/6 Εἰτέαν item bipartitam fuisse atque partem Antigonidi, partem sicut saeculo quarto Acamantidi aut Antiochidi assignatam fuisse constat. Ki. Rh. Mus. LIX 297. Cum ex tit. IG II¹ 836_{36} colligatur a. 262/1 Εἰτέαν Antiochidi attributam esse (Ferguson The priests of Asklep. 133), consentaneum est Εἰτεαίους Acamantidis in Antigonida esse translatos. Cf. Kirchner Berl. ph. Wochenschr. 1906, 990¹. Atqui a. 224/3 iam primus thesmotheta (v. 58) Antigonidis est; ergo polemarchum Εἰτεαῖον Antiochidi ac non Antigonidi dabimus. 5 Rectum ordinem tribuum nescio quo pacto interruptum esse iam Beloch 486 vidit, siquidem thesmotheta Ἀθμονεύς Cecropidis

= nonae tribus locum habet ante Κήττιον Leontidis = sextae tribus. 6 Koehler suppl. Π[αια(νιεύς)]. Cf. PA 14359. 14360. At sic ordo sollemnis plane turbatur; sunt enim Paeanienses Pandionidis = quintae tribus. 7 Archontem Καλλι — magistratum gessisse ante Menecratem tit. IG II¹ 1591 testatur. 8 Ἀνακαίαν ipsam quoque post a. 307/6 in duas partes divisam fuisse, quarum altera in Hippothontide remanebat, altera Demetriadi tribuebatur, hoc ipso loco nisus statuit Ki. Rh. Mus. LXVII 556. Oblocuti sunt Schebelew Στέφανος in honorem Sokolowii. Petrop. 1895, 20 et Bates The five post-Kleisthenean tribes. Ithaca, New-York 1898, 23. Utut res se habet, sive thesmothetam Anacaeensem Hippothontidi (XI) sive Demetriadi (II) adnumerabimus, utique hoc anno nomina thesmothetarum recto ordine non esse digesta fatebimur. Si enim hoc statuetur, dicendum erit contra morem et polemarchum et alterum thesmothetam ex Demetriade captum esse. 9 Ptolemaida Ptolemaeo Euergeta regnante (246—221) institutam esse constat. Cf. n. 496². Arctius tempus annis 229/8—221/0 circumscribitur, siquidem ante Athenas a. 230/29 dominatione Macedonum liberatas Ptolemaida creari potuisse iure negabimus; Beloch 487. A. 225/4 ἐπὶ Νικήτου ἄρχοντος Ptolemaidis vestigium nondum exstat; nam v. 52 thesmotheta Φλυεύς (IX) medium locum habet inter Ἀχαρνέα (VIII) et Ἀλωπεκῆθεν (XII). Ptolemaide autem instituta Phlyenses in hanc tribum translati sunt (PA II p. 622); quo facto Phlyenses non nonum, sicut a. 225/4, sed septimum locum in sollemni ordine tribuum tenebant; cf. notam initialem. Aliter res se habet a. 222/1. Hoc anno v. 82 inter thesmothetam Κήττιον (VI) et Τρικορύσιον (XII) commemoratur Αἰγιλιεύς (Ptolemaidis VII), cum Aegilienses ante Ptolemaida creatam assignati fuerint Antiochidi (PA II p. 499), quae tribus ultimum locum occupat. A. 222/1 igitur Ptolemaida exstitisse pro certo affirmari potest. Erat fortasse iam a. 224/3; nam v. 54 ἄρχων est Ἀφιδναῖος, quem demum ex Aeantide in Ptolemaida transpositum esse scimus, PA II p. 518. Cf. Schebelew Στέφανος 26. Non ita iudicat Johnson Americ. journ. philol. 1913, 381. 396, qui sibi persuasit Ptolemaida iam sub finem a. 233/2 esse creatam. Nititur eius argumentatio maxime in tit. n. 491₄, ubi reiecta lectione Lollingii et Wilhelmi scribae nomen non a Λ sed ab Α initium capere affirmat; cum igitur demoticum scribae Wilhelm suppleverit Λ[ευκονοεύς], qui demus ad Leontida pertinet, Johnson restituit Ἀ[γνούσιος], qui demus Acamantidis est. At Α in lapide non exstare, immo Λ nuper Leonardos litteris ad nos datis denuo asseverat. Quae cum ita sint, quae Johnson legem Fergusonianam secutus p. 386. 393. 395 de Thersilochi et Diomedontis annis disseruit, stare non possunt. Neque magis eis quae de Cleanthis philosophi temporibus definiendis statuit assentiri possumus, postquam A. Mayer Philol. LXXI 1912, 236 in indice stoic. Hercul. col. 29 (Beloch Gr. G. III 2, 472) loco denuo examinato non τριάκοντα καὶ ἓν sed τριάκοντα legendum esse et post τριάκοντα novum enuntiatum (τὸν Διονύσιον τοίνυν) incipere probavit. Quae denique Johnson 390 contra Ki. Goett. GA 1900, 453 disputat in Heliodori archontis decreto IG II 5, 385 *b* = II² 832₁₄ verba τ[ὴν δημοκρατίαν ἐπ]ανορθώσαντας ad rei publicae Atheniensis statum a. 229 referri non posse,

satis habeo monuisse hoc loco legendum esse τὴν ἐ[λ]ευθ[ερ]ία[ν ἐπ]ανορθώσαντας, qua re nimirum anno Heliodori archontis (229/8) ad Athenas a 230/29 in libertatem vindicatas respicitur. 10 Cf. notam initialem.

11 De Diradiotis a. 307/6 ex Leontide in Antigonida translatis cf. Ki. Rh. Mus. XLVII 554. Accuratius intellegendi sunt Ποτάμιοι Δειραδιῶται IG II² 488_5 cum nota. Ki. Rh. Mus. LXI 1906, 350. 12 Suppl. Beloch.

13 Nomen archontis [Πασιάδη]ς vel [Παντιάδη]ς, quod olim Ki. Goett. GA 1900, 454 proposuit, suppleri non posse demonstravit Wilamowitz Herm. XLV 1910, 410. Cf. Ki. ad IG II² 849. 14 Est nepos Philippidis comici, PA 14355. 14356. 14546, ubi stemma appositum est. 15 Suppl. Ki.

16 De eius familia in re publica nobili cf. PA 8446 et 8445, ubi stemma est. 17 Suppl. Koehler. Idem ἔφηβος ἐπὶ Φιλόνεω ἄρχ. (post a. 260), IG II 338 = II² 766. 18 Suppl. Ki. Cf. PA 920.

---

543. Decretum Larisaeorum, quod duas Philippi regis epistulas continet, a. (219 et) 214. Larisae. Edd. Lolling Ath. Mitt. VII 1882, 61 (Robert et Mommsen Herm. XVII 467. XVIII 318; SGDI I 345; Michel 41; Syll.² 238/9); Kern IG IX 2, 517 (Dessau I. Lat. sel. 8763; Solmsen³ 10; Buck Gr. Dial. 190, 28). Cf. Cavaignac Rev. phil. XXXIII 1909, 179. [*Hi*]

[ταγ]ευόντουν[1] Ἀναγκίππoι Πετθαλείοι[2], Ἀριστονόοι Εὐνομείοι, Ἐπι- I
γένεος Ἰασονείοι, Εὐδίκο[ι | Ἀδα]μαντείοι, Ἀλεξία Κλεαρχείοι, γυμνασι-
αρχέντος Ἀλεύα Δαμοσθενείοι· Φιλίππoι τοῖ βασιλεῖος ἐπιστολὰν
ἀ[π]υστέλλαντος πὸτ τὸς ταγὸς καὶ τὰν πόλιν τὰν ὑπογεγραμμέναν·
βασιλεὺς Φίλιππος[3] Λαρισαί|ων τοῖς ταγοῖς καὶ τῆι πόλει χαίρειν· II
Πετραῖος καὶ Ἀνάγκιππος καὶ Ἀριστόνους[4], ὡς ἀπὸ τῆς πρεσβείας
5 ἐγένοντο, | ἐνεφάνιζόν μοι, ὅτι καὶ ἡ ὑμετέρα πόλις διὰ τοὺς πολέμους
προσδεῖται πλεόνων οἰκητῶν· ἕως ἂν οὖν καὶ ἑτέ|ρους ἐπινοήσωμεν
ἀξίους τοῦ παρ' ὑμῖν πολιτεύματος, ἐπὶ τοῦ παρόντος κρίνω[5] ψηφί-

---

1 Haec et quae sequuntur ad opera Tryphaenae reginae nutu effecta spectant, de quibus videas tit. I. Bacchius igitur unus ex illis architectis Cyzicenorum est, qui commemorantur ibidem v. 28. Duo fuerunt Cyzicenorum portus ab utraque parte isthmi arenosi qui oppidum cum continente coniungit. Canalem, quo per medium isthmum portus conectebantur, per belli tempora oppletum, rursus aperiendum curaverat regina; sed in eius medio cursu stagnum rectangulum (λίμνη v. 3) erat, quo canalis in duas partes dividebatur; quare et hic (v. 4 διωρύγων) et tit. I_7 (τὰ συνχωσθέντα τῶν εὑρείπων) pluralis numerus usurpatur. Haec omnia, portus, stagnum, canalis uterque, tum purgata et restituta sunt. J. Cf. Hendersoni tabulam geographicam Journ. Hell. Stud. XXIV 1904 VI et in Hasluckii libro. 2 Uterque portus molibus et a ventis et ab arena defendebatur. J. 3 Sic L., [ἐπ]αινηθείς J. 4 Suppl. Dttb.

Herodes Chalcidis rex Athenis, a. 41—48. Or. 427.

△**800. Lycurasiorum Arcadum decretum, a. 42.** Lycosurae, nunc Megalopoli in museo. Edd. Leonardos Δελτ. 1890, 43; Cavvadias Fouilles Lycos. 15, cf. Leonardos Ἐφ. 1896, 106, 5 (Kubitschek Kiepert-Festschr. 1898, 351); IG V 2, 516; cf. Robert Herm. XXIX 1894, 433; Wilhelm Beitr. 1909, 153. 311; v. Premerstein Jahresh. XV 1912, 200. [*Hi*]

ἐπὶ ἱερέος τᾶς Δεσποίνας1 τὸ β′ | Νικασίππου τοῦ Φιλίππου καὶ ἐπιμε|λητᾶν Δαμόλλου τοῦ Ζευξία, Δαμο|κράτεος τοῦ Κλίτορος2, ἔτους

Litterae, excepta fere forma Ω, et rationes dialecticae ab aevo Nerone antiquiore, cui sermonem attribuit Wilamowitz, non abhorrent.

1 De nobili Despoenae fano quod Lycosurae erat, altero quidem a. Chr. saeculo Damophontis Messenii simulacris ingentibus ornato, cf. Paus. VIII 37; IG V 2 p. 132; legem sacram ibid. 514 (infra n. 999).

2 I.e. Κλείτορος, a Clitore Azanis filio qui ἐν Λυκοσούρᾳ τε ᾤκει καὶ ἦν τῶν βασιλέων δυνατώτατος καὶ Κλείτορα ᾤκισεν ἀφ' αὑτοῦ πόλιν denominatus: Paus. VIII 4, 5 e libello Lycosurae sacrorum gratia redacto.

λ' καὶ β' | κατὰ τὸν Σεβαστόν[3]· τιμαὶ αἱ δοθεῖσαι | Νικασίππωι Φιλίππου καὶ Τιμασιστρά|ται Ὀνασικράτεος[4] τᾶι γυναικὶ αὐτοῦ. | ἐπεὶ Νικάσιππος Φιλίππου ἀνὴρ ἀγαθὸς ὢν καὶ | ἀπὸ προγόνων καλῶν καὶ ἐνδόξων καὶ πεποιηκότων | τᾶι τε πόλει τῶν Λυκουρασίων[5] καὶ τοῖς θεοῖς τὰ δίκαια ἔν τε | συνδικίαις καὶ ἱερατείαις καὶ τέχνων Κορειτήαις[6] καὶ ἐν ταῖς λοι|παῖς δαπάναις πάσαις ἐκτενῶς καὶ μεγαλοψύχως, ἐπεδέξατο | δὲ καὶ τὰν ἱερατείαν Νικάσιππος τᾶς Δεσποίνας ὄντος Ὀλυμ|πικοῦ ἐνιαυτοῦ[7] μηδενὸς θέλοντος προσελθεῖν[8], τῶν τε χρημά|των μὴ πεσόντων τοῖς μυστηρίοις[9], ἀπέδωκεν ἐκ τοῦ ἰδίου βί|ου τῶι φίσκωι[10], τόν τε ἐχόμενον ἐνιαυτὸν ἀφορίας καρπῶν

3 Aeram hanc cum Thessalica composuit Wilh., secundum quam anni I III IV V VII Claudii = 41. 43. 44. 45. 47 inde a d. XXV m. Ian. cum annis 31. 33. 34. [35]. 37 conferuntur (IG IX 2 p. 317). Primus igitur alterius rationis annus, a solstitio aestivo incipiens, est 10/1 p. Chr., quo anno Achaiam a Claudio peragratam esse coniecit Pr. p. 205. Hinc annus 32 Lycurasiorum idem efficitur atque 42, accuratius 41/2 (v. not. 7). Hac aera Claudii abrogata est Actiaca, quae Corinthiae anni 146 a. Chr. successerat; Claudiam secuta est Neroniana; Neronis memoria damnata ad Actiacam redierunt, cui m. Septembri 124 (= 123/4 a solstitio autumnali) substituta est Hadriana. Cf. IG V 2, 51 = Pr. p. 212, 5: [ἐπ]ὶ Αὐτοκρά[τορος Τ.] Αἰλίου Ἀδρια[νοῦ Ἀντ]ωνείνου Σ[εβαστοῦ Ε]ὐσεβοῦς, ἀπ[ὸ μὲν τῆς] ἐν Ἀκτίῳ ν[είκης ἔτ]ους ρ̅π̅α̅, ἔτ[ους δὲ] κζ̅ ἀπὸ τῆς θ̅εοῦ Ἁ]δριανοῦ ἰς τ[ὴν Ἑ]λλάδα τὸ πρῶ[τον ἐ]πιδημί[α]ς. Efficiunt anni 181 ab a. 32/1 a. Chr., aut 27 ab a. 123/4 p. Chr. annum a solstitio autumnali incipientem 149/50. Pr. 4 Mulieris fratrem aetate maiorem Ξέναρχον Ὀνασικράτεος post a. 15 p. Chr. οἱ σύνεδροι καὶ ὁ δᾶμος (ὁ Μεγαλοπολιτᾶν) καὶ Ῥωμαῖοι οἱ πραγματευόμενοι ἐν Μεγάλαι πόλει laudaverant, quia Despoenae templum restituerat, Augustorum dedicaverat, Κόρας restituerat. IG V 2, 515. 5 Λυκόσουρα Parrhasiorum oppidum e decreto a. 369 facto Magnae urbi attributa (Paus. VIII 27, 6), cum aestate anni 361 synoecismo restitisset, propter religionem mitius quam ceteri rebelles tractata esse fertur (Paus. l.l.). Quamquam urbi subiecta est, tamen πόλεως nomen usque ad alterum saeculum p. Chr. retinuit (IG V 2, 544: ἁ πόλις ἁ τῶν Μεγαλοπολειτῶν καὶ ἁ τῶν Λυκουρασίων). Ethnicum apud Pausaniam Λυκοσουρεῖς, hic et alias Λυκουράσιοι per solitum in compositione compendium (cf. Κυνόσουρα-Κυνουρία). 6 Feriae Κορῖτεῖαι utique ad Κόρης cultum referendae sunt; cf. IG V 2, 515_{20} (not. 4). Ad vocem cf. arcadicum ἱεριτεῦσαι, ἱερίτευχε IG V 2, $266_{14.6}$. 7 Annus Arcadicus 40/1; Olympia agebantur aestate 41. Alterum igitur Nicasippi sacerdotium (vs. 1) fuit 41/2 a solstitio autumnali. Wilh. Pr. 8 Cum Olympiam omnes peterent, nemo peregrinus Lycosurae ferias adiit. 9 Cf. Paus. VIII 37, 2: πινάκιόν ἐστι γεγραμμένον, ἔχον τὰ ἐς τὴν τελετήν (= n. 999?).

10 *Fiscus* non potest non esse imperatoris, cui a Tiberio reddita erat Achaia (cf. n. 783_{10}); antea cum senatoria fuisset provincia, vectigalia

γε|νομένας, θελόντων τῶν Λυκουρασίων, ἐπεδέξατο τὰν ἱερα|τείαν μετὰ Τιμασιστράτας τᾶς γυναικός, πρὸ πλείονος ἁ|γησάμενος τὰν χάριν τῶν Λυκουρασίων τᾶς τοῦ βίου δαπά|νας, ἔν τε τοῖς λοιποῖς ἀναστρέφεται πρός τε θεοὺς καὶ πάν|τας ἀνθρώπους ὁσίως καὶ δικαίως· ἐφ' οἷς καὶ πᾶσι ἔδοξε τᾶι | πόλει τῶν Λυκουρασίων αὐτοῦ τε καὶ Τιμασιστράτας τᾶς γυ|ναικὸς αὐτοῦ εἰκόνας ἐν τῶι ἱερῶι γραπτὰς ἀναθεῖναι ἐπι|γραφὰν ἐχούσας· ,ἁ πόλις ἁ τῶν Λυκουρασίων Νικάσιππον Φι|λίππου καὶ Τιμασιστράταν Ὀνασικράτεος ἀρετᾶς ἕνεκεν'· | παρακαλεῖν δὲ αὐτοὺς καὶ εἰς τὰ μετὰ ταῦτα μέν(ον)τας ἐπὶ τᾶς | αὐτᾶς ὑποστάσιος ἀεί τινος ἀγαθοῦ παραιτίους γείνεσθαι | τοῖς τε θεοῖς καὶ τᾶι πόλει τῶν Λυκουρασίων, γεινώσκον|τας ὅτι καὶ ἁ πόλις εὐχάριστος οὖσα οὐδέποτε μὴ λειφθῇ ἐν χάρι|τος ἀποδόσει· ἀνενεγκάτωσαν δὲ οἱ ἐπιμεληταὶ 11 τὸ ψάφισ|μα τὸ γραφὲν εἰς τὸ γραμματοφυλάκιον τὸ ἐν Μεγάλαι | πόλει, ἀναγραψάτωσαν δὲ καὶ ἐστάλαν λιθίναν | καὶ ἀναθέτωσαν εἰς τὸ ἱερὸν τᾶς Δεσποίνας, ὅπως | ἦι πᾶσιν ἀνθρώποις γνωστὰ ἅ τε τῶν ἀγαθῶν ἀν|δρῶν εὐεργεσία ἅ τε τᾶς πόλιος εἰς τοὺς | ἀξίους εὐχαριστία.

receperat aerarium populi Romani. Pr. Solvit igitur de suo Nicasippus Megalopolitarum tributum fisco debitum, cum eum quem exspectabant fructum e mysteriorum sportulis non percepissent. 11 Curatores a Magna urbe constituti; cf. vs. 2.

△ **801. Claudii statuae Delphicae (*A—C*) et epistula ad Gallionem data (*D*), a. 42, 46, 52.** [*Pw*]

A—C. Statuae Claudii a Delphis dedicatae, a. 42 (*B*) et 46 (*C*).

A. Tit. in basi Pharsaliorum, in ipsis versibus antiquis levissime insculptus. Ed. Homolle Bull. Hell. XX 1896, 708 not. — *B.* In plintho calcaria (*Standplatte*), infra cymatio ornata. Partem *sinistram* a. 1887 exscripsit Pomtow et tractavit in schedis IG VIII n. 319 [nunc in museo Inv. 2179], cf. Nikitsky Delph. epigr. Stud. tab. VII n. XLIX; partem *mediam* [Inv. 1889] edd. Homolle l.l. 710 sq., qui falso Neroni adscripsit, et Bourguet De reb. Delph. 62 qui hoc correxit; sed uterque de parte sinistra ignorat. Pars *dextra* est amissa. — *C.* In basi calcaria satis magna. Ed. Bourguet l.l.

A Τιβ. Κλ. Καίσαρα Σεβαστὸν[1] ἡ ἱερὰ Δελφῶν πόλις Ἀπόλλωνι Πυθίῳ.

B [Τιβ]έριον Κλαύδιον Καίσ[αρα Σεβαστόν], [Γερ]μανικόν, ἀρχιερῆ μέγ[ιστον, δημαρχικῆς] [ἐξ]ουσίας ‹τὸ› β'‹2, αὐτοκ[ράτορα ‹τὸ› γ'‹, πα] [πατ]ρίδος[3], ὕπατον ἀποδ[εδειγμένον ‹τὸ› γ'‹] ἡ πό[λ]ις τῶν› Δ[ελφῶν].

1 Tit. propter scripturam neglegentissimam, ob verba ἡ ἱερὰ -- πόλις quae ab a. 250 demum occurrunt (n. 891), propter titulos Caesaris ἀρχιερῆ

Τιβέριον Κλαύδιον Καίσαρα Σεβαστό[ν], | Γερμανικόν, ἀρχιερῆ, δημαρχικῆς ἐξου|σίας τὸ ἕκτον[5], ὕπατον ἀποδεδειγμένον | τὸ τέταρτον[6], αὐτοκράτορα τὸ ἑνδέκατον[7], | πατέρα πατρίδος[3], ××××Ἀπόλλωνι Πυθίωι | ἁ πόλις τῶν Δελφῶν.

Δ*D*. Epistula Claudii ad Delphos data, a. 52. In templi orthostata, ut quidem videtur. Fragmenta quattuor (Inv. 3883, 2271, 4001, 2178) ed. Bourguet de reb. Delph. 63; fragm. 2178 antea delineavit Nikitsky Delph. epigr. Stud. tab. VII, fig. XLVII; fragm. 2271 et 2178 exscripsi a. 1887. Denuo ex Rueschii nostri exemplis et ectypis ed. Deissmann, Paulus 164 cum tabula.

Τιβέρ[ιος Κλαύδιος Κ]αῖσ[αρ Σεβαστ]ὸς Γ[ερμανικός, ἀρχιερεὺς μέ]γιστος[1], δημαρχικῆς ἐξου]σίας [τὸ ‹ιβ΄›, αὐτοκράτωρ τ]ὸ ‹κς΄›[2], π[ατὴρ

etc. plane omissos diu subditicium censui, i.e. plus duobus saeculis post a. 41 basi Pharsalicae inscriptum. Sed res fortasse inde declaranda quod Delphi morte Caligulae nuntiata extemplo de statua Claudii celerrime fabricanda et basi cuidam antiquiori imponenda decreverunt, ut mox gratulantes huius dedicationis mentionem facerent. Videmus enim saepissime honores Delphicos iamiam post initum imperium, etiam eodem mense, Caesaribus esse donatos; cf. imprimis n. 808[3] (Nero), 817[2] (Titus), 903[4] (Constantinus II), praeterea n. 791[1] (Tiberius), n. 809[1] (Agrippina minor) cet. Qui mos confirmatur tit. *B*, nam iam anno insequenti alteram basin, novam pulchriorem, paraverunt quae illam obiter confectam obscuraret. Neque aliter iudices de titulis Claudii in uno *A* omissis, quae res certe primos imperii menses prodit, quibus illi in provinciis nondum noti erant. 2 Trib. pot. II erat ab d. 25 m. Ian. 42 ad d. 24 m. Ian. 43. Cf. Groag R-E III 2792. 3 Pater patriae inter d. 6 et 12. m. Ian. 42. 4 Consulatum alterum (a. 42) re vera Claudius duos modo menses gesserat, sc. usque ad d. 28. m. Febr. 42; abhinc videtur des. III fuisse. Itaque tit. *B* medio fere a. 42 tribuendus. 5 Trib. pot. VI erat ab d. 25. m. Ian. 46 ad d. 24. m. Ian. 47. 6 Cos. des. IV a medio a. 43 ad finem a. 46; nam a. 47 erat cos. IV. 7 Acclamatio XII in fine demum anni 46 facta (Groag l.l. 2800_{40}); inde corrigas quae B. de una die (VIII Kal. Febr. a. 46), qua Claudius simul trib. pot. VI et imp. XI dici potuerit, et de errore hic statuendo in salutationum numero protulit.

Nova fragmenta tria, Inv. 500, 2311, 728, adhuc fere inedita, huc rettulerunt Babut et Bourguet (fragm. 2311 delineavit Nikitsky l.l. fig. XLVI; exscripsi a. 1887); cf. Deissmann 164. Quae omisimus, quia dubitari potest, num re vera ad hanc epistolam pertineant. — Textum permutilum recepi propter procos. Gallionem v. 6, de quo v. not. 6. Cum de longitudine versuum haud satis constet, supplementa quae scite excogitavit D., incertiora remanent. Idem dicendum de epistulae argumento, quod utrum ad templum, an ad certamen Pythiorum, an ad fines terrae sacrae (vs. 5 sqq.) spectet, non liquet. 1 Suppl. D., sed μέγιστος vel v. 2 τιμητής

πα]τρίδ[ος, ὅπατος τὸ ε', τιμητής[1], Δελφῶν τῇ πόλει χαίρειν]· | πάλ[αι μὲν] τῆι π[όλει τ]ῶν Δελφ[ῶν πρόθ]υμο[ς ἐγενόμην[3] __ καὶ εὔνους ἐξ ἀρ]χῆς, ἀεὶ δ' ἐτήρη[σα[4] τὴ]ν θρησκεί[αν τ]οῦ Ἀπό[λλωνος τοῦ Πυθίου· 5 ὅσα δὲ __]νῶν λέγεται καὶ [πολ]ειτῶν ἔρι[δες[4] ἐ]κεῖναι ὧ[ν μήμην πε-ποίηται? Λεύκιος Ἰού]νιος Γαλλίων[5] ὁ φ[ίλος] μου κα[ὶ ἀνθύ]πατος [τῆς Ἀχαΐας __] | ἔτι ἕξειν τὸν πρ[ότερ]ο[ν ὁρισμόν? . .] ‖ ε[__ τῶν 10 ἄλ]λων πόλεων κα__ | αὐτοῖς ἐπιτρε[π__ Δελ]φῶν ὡς πολε[μίων ὄντων[4] __]ται μετῳκι[σ__ | το]ύτου __

haud raro desunt. 2 I.e. annus 52 p. Chr., cf. quae exposuit Dessau apud D., et infra not. 6. 3 Supplevi; γενόμενος D. 4 Temptavit Hi.

5 L. Iunius Annaeus Gallio, frater maior natu Annaei Senecae, per adoptionem filius rhetoris L. Iunii Gallionis, cf. Prosop. I. R. II p. 238.

6 Cf. Acta Apost. 18_{12}: Γαλλίωνος δὲ ἀνθυπάτου ὄντος τῆς Ἀχαΐας κατεπέστησαν ὁμοθυμαδὸν οἱ Ἰουδαῖοι τῷ Παύλῳ. De anno quo Gallio Achaiam administraret necnon de tempore quo Paulus apostolus Corinthi versaretur, hic demum lapis nos accuratoria edocuit. Unde etiam annos reliquorum Pauli itinerum definire tandem contigit, cf. Deissm. 160.

△ **802. Tryphosa Pythionica cum sororibus victricibus (*A*) et patre (*B*) Delphis honoratur, c.a. 41/7.** Basis calcaria cum vestigiis sex pedum (*A*) et lapis quidam (*B*) ad gradum inferiorem pertinens. Ed. Pomtow Klio XV 71, n. 100 et 101 cum figg. 6/7 et restaurati monumenti fig. 8. [*Pw*]

A Ἑρμησιάναξ[1] Διονυσίου Καισαρεὺς Τραλ[λιαν]ὸς ὁ κα[ὶ Ἀθηναῖος? καὶ Δελφ τὰς ἑαυτοῦ θυγατέρας ἐχούσας καὶ αὐτὰς τὰς αὐτὰς πο[λιτείας],

Col. I 5 Τρυφῶσαν νεικήσασαν Πύθια ἐ|πὶ ἀγωνοθετῶν Ἀντιγόνου[2] | καὶ Κλεομαχίδα[3], καὶ Ἴσθμια[4] ἐπὶ ἀγωνοθέτου Ἰουβεντίου Πρό|κλου, στάδιον κατὰ τὸ ἑξῆς, πρώτη παρθένων[5], |

De aetate v. not. finalem. — 1 Idem pater Hermesianax ex urbe Caesarea Trallibus oriundus in tit. B_2. 2 Antigonus agonotheta haud dubie Delphus erat: idem senator aetate provectiore a. 79, n. 817_9; avus eius Ἀντίγονος Βαβύλου inde ab a. 15 a. Chr. recensetur; filius agonothetae Γλαυκίας Ἀντιγόνου senat. c.a. 95 p. Chr.; alii Antigoni saec. I p. Chr. non noti. Idem Antigonus Nemeis v. 12 et Isthmiis(?) v. 19 praefuisse videtur.

3 De Cleomachida, item Delpho, aliunde non constat. Manifesto duae diversae victoriae distinguendae sunt, quarum Pythia sub Cleomachida celebrata ludos sub Antigono habitos exceperunt. Cf. not. finalem.

4 Aut ea Isthmia intellegenda quae inter duo illa Pythia habebantur aut quae ludos a Cleomachida actos proxime sunt secuta; huc enim spectant verba στάδιον κατὰ τὸ ἑξῆς (v. 7). 5 Cf. quae de talibus virginum certaminibus ne nostris quidem temporibus inauditis exposui l.l. 74.

Ἡδέαν νεικήσασαν Ἴσθμια ἐπὶ ἀγωνο|θέτου Κορνηλίου Πούλχρου[6] ἐνόπλι|ον[7] ἅρματι, καὶ Νέμεα στάδιον ἐπὶ ἀγω|νοθέτου Ἀντιγόνου[2], καὶ ἐν Σικυῶνι ἐπὶ | ἀγωνοθέτου Μενοίτα·×ἐνείκα δὲ καὶ | παῖδας κιθαρῳδοὺς Ἀθήνησι Σεβάστεια[8] | × ἐπὶ ἀγωνοθέτου Νουίου[9] τοῦ Φιλεί[νου], πρ̣ῶ̣τ[η ἀπ' αἰῶ?]νος ἐγένετο πολεῖ[τις – c. 12 l –]ρ̣ω παρθένος,

Διονυσίαν νεικ[ήσασαν Ἴσθμια?] | ἐπὶ ἀγωνοθέτου Ἀντ[ιγόν]ου[2], | καὶ Ἀσκλάπεια ἐν Ἐπιδαύρῳ | τῇ ἱερᾷ ἐπὶ ἀγων[ο]θέτου Νεικο|τέλου[10] στάδιον, |

Ἀπόλλωνι Πυθίῳ.

ἁ πόλις τῶν Δελφῶν | Ἑρμησιάνακτα[11] Διονυ|σίου Ταλλιανὸν Και|σαρέα καὶ τά⟨ι⟩ς ἑαυτοῦ | θυγατέρας ἀρετῆς ἕνε|κα καὶ εὐσεβίας τῆς πρὸς | τὸν θεόν.

---

6 Et pater huius agonothetae Cn. Cornelius Nicatas et affinis Tib. Claudius Nicoteles (v. 21) inter clarissimos Epidaurios fuerunt; cf. stemma familiae IG IV p. 264 et patrem honoratum ibid. n. 1430, 1431. Ipse Cn. Cornelius Cn. f. Pulcher, qui quartum annum agens statua honoratur IG IV 1432, c.a. 30—20 a. Chr. natus esse videtur (Klio XV 76 sq.). 7 Cf. quae de certaminibus ζεύγων πολεμιστηρίων adnotant Reisch R-E I 839; Dttb. n. 1055[7]. 8 Cum haec Σεβάστεια nondum verbo Καισάρηα addito a certamine μεγάλων Παναθηναίων Σεβαστῶν anni fere 57 p. Chr. (IG III 652) distinguerentur, Hedeam inter παῖδας κιθαρῳδούς ante a. 52 p. Chr. vicisse sumpsi l.l. 77. 9 De Tib. Claudio Novio Philini f., Athenis clarissimo, uberius disserui l.l. 75: c.a. 41 p. Chr. erat στρατηγὸς ἐπὶ τοὺς ὁπλίτας et ἀγωνοθέτης πρῶτος τῶν Σεβαστῶν ἀγώνων IG III 457; annis insequentibus idem στρατ. ἐπὶ τ. ὁπλίτας et ἀγωνοθέτης IG III 613; a. 57 vel brevi ante populares Τιβέριον Κλαύδιον Νούιον, Φιλίνου υἱόν, κτλ. statua honoraverunt, postquam sub Claudio civitate Romana donatus est; denique a. 61 p. Chr. idem στρατ. ἐπὶ τ. ὁπλ. τὸ ὄγδοον κτλ. IG III 1085. Apparet igitur Hedeam neque ante a. 41 quo certamina Σεβαστῶν instituta sunt (IG III 457), neque post a. 52/7 antequam Novius nomen Tib. Claudius acciperet, hanc victoriam inter παῖδας, i.e. annos non plures quam viginti agentem, reportavisse (cf. etiam not. 8). 10 Idem atque Tib. Claudius Nicoteles qui intra annos 49—54 p. Chr. Epidauri statuas Claudii et Agrippinae dedicavit IG IV 1403. Fortasse erat affinis agonothetae Cornelii Pulchri, v. not. 6.

11 Quia in statuis trium virginum bis positis (a patre in tit. *A*, a Delphis in *B*) multum inest offensionis, conclusi l.l. 72, urbem Delphorum de statuis quidem decrevisse, sed eas a patre numeratas et dedicatas esse; nam similia saepissime illa aetate esse facta. Ceterum non usque quaque certum, utrum tit. *B* ad basin *A* pertineat, an ad alteram finitimam, cf. l.l. 71.

Nota finalis. Quibus disputatis cum accederet quod Cn. Cornelius Pulcher quo agonotheta Hedea Isthmiis vicit (v. 9) iam a. 30/20 a. Chr. natus est (not. 6), et quod hae virgines, aetate παίδων egressae, ‚*schwerlich länger als vom 20. bis zum 24. Lebensjahre konkurrenzfähig blieben*' (l.l. 77), singulos victoriarum annos ludosque ita fere disponere studui (l.l. 77):

ann. p. Chr.	nomina ludorum	virgo victrix	genus certaminis	agonotheta	vs.
41	Sebastea	Hedea	παῖδ. κιθαρῳδούς	Novius Philini f. Athen.	14
42	Isthmia	„	ἐνόπλιον ἅρματι	Cornelius Pulcher Epid.	10
43	Pythia	Tryphosa	στάδιον	Antigonus Delphus	3
44	[Isthmia]	Dionysia	„	„	18
„	Asclapiea	„	„	Nicoteles Epidaurius	20
„	Nemea	Hedea	„	Antigonus Delphus	11
„	..Sicyone	„	„	Menoetas	12
46	Isthmia	Tryphosa	„	Iuventius Proclus	5
47	Pythia	„	„	Cleomachidas Delphus	4

803. Menecrates archiater. Prope Romam ad viam Ostiensem. Edd. * (CIG 6607; Kaibel IG XIV 1759; Syll.² 367; Pohl De Graec. medicis publ. 32/3). [*Hi*]

Τιβερίωι Κλαυδίωι | Κουιρείναι | Μενεκράτει[1], ἰατρῶι | Καισάρων[2]
5 καὶ ἰδίας | λογικῆς ἐναργοῦς | ἰατρικῆς κτιστῆι ἐν | βιβλίοις ρνς', δι'
10 ὧν | ἐτειμήθη ὑπὸ τῶν ἐν|λογίμων πόλεων ψηφίσ|μασιν ἐντελέσι, οἱ
γνώριμοι | τῶι αὐτῶν αἱρεσιάρχηι τὸ ἡρῷον.

1 Eundem esse, cuius liber αὐτοκράτωρ ὁλογράμματος ἀξιολόγων φαρμάκων a Galeno (XIII p. 502. 995. XIV p. 31) afferretur, vidit Montfaucon Ant. expl. vol. suppl. III p. 30. 2 Andromachum Neronis archiatrum cum Galenus dicat Menecratis exemplum secutum esse in quantitatibus remediorum ὁλογραμμάτως significandis, haud improbabiliter Caesares, quorum ille medicus fuerit, Tiberium, Gaium, Claudium esse conieceris. K. Sed illa opinio, eum eiusdem familiae ex insula Co oriundae fuisse, atque Xenophonta, Cleonymum, Philinum (n. 804/6), nullo nititur satis firmo fundamento.

804. Xenopho archiater, a. 54. In insula Co inter vicum *Pyli* et littus maris. Edd. Dubois Bull. Hell. V 1881, 473; Paton et Hicks Inscr. Cos 345 (Syll.² 368). Cf. Briau Rev. arch. XLIII 1882, 209; Herzog Koische Funde 64/6. 189. 195. [*Hi*]

[_ Γάϊον Στερτίνιον] | Ἡρακλείτου υἱὸν Κορνη|λία Ξενοφῶντα[1], τὸν |

1 Tacitus Ann. XII 61 (a. 53): *quin etiam dixit* (Claudius Caesar cum de immunitate Cois tribuenda ad senatum referret) *Xenophontem, cuius scientia ipse uteretur, eadem familia* (Asclepiadarum) *ortum, precibusque*

ἀρχίατρον τῶν θεῶν Σε|βαστῶν[2] καὶ ἐπὶ τῶν Ἑλλη|νικῶν ἀποκρι-
μάτων[3], χει|λιαρχήσαντα καὶ ἔπαρχον | γεγονότα τῶν ἀρχιτεκτό|νων[4]

---

eius dandum, ut omni tributo vacui in posterum Coi sacram et tantum dei ministram insulam colerent. XII 67: *igitur exterrita Agrippina et quando ultima timebantur spreta praesentium invidia provisam iam sibi Xenophontis medici conscientiam adhibet. Ille tanquam nisus evomentis* (Claudii) *adiuvaret, pinnam rapido veneno inlitam faucibus eius demisisse creditur, haud ignarus summa scelera incipi cum periculo, peragi cum praemio.* Praenomen et nomen gentile Br. supplevit ex n. 805/6 et titulis Cois ad eundem hominem spectantibus. Namque illi civem suum summa apud imperatores gratia florentem egregiis honoribus affecerunt. Multi exstant in insula lapides cum hac inscriptione: θεοῖς πατρῴοις ὑπὲρ ὑγείας Γαΐου Στερτινίου, Ἡρακλείτου υἱοῦ, Ξενοφῶντος, φιλοκαίσαρος, φιλοσεβάστου, φιλοκλαυδίου, δάμου υἱοῦ, φιλοπάτριδος, εὐσεβοῦς, εὐεργέτα τᾶς πατρίδος (Paton et Hicks 84—90; cf. Herzog Koische Funde 64, 21). Praeterea exedra eius honori et memoriae consecrata commemoratur Paton n. 93, dedicatio ab ipso facta habetur ibid. 92: Γ[αΐ]ος Στερτίνιος Ξενοφ[ῶν, εὐ]εργέτας τᾶς πατρίδος καὶ ἱερεὺς διὰ βίου Ἀσκλαπιῷ, Καίσαρι, Ἀγαθῷ Θεῷ ἀνέθηκε. Idem bis summum in patria magistratum gessit, cf. tit. Calymni, quae insula Coorum δᾶμος tunc erat, Herzog l.l. 197: ἐπὶ μ̄. τὸ β' Ξενοφῶντος. Nec non Calymnii eum honoraverunt (Herzog 198): [ὁ δᾶμο]ς ὁ Καλυμνίων κα[ὶ] τοὶ κατοικεῦντες καὶ ἐνεκτημένοι πάντες ἀνέστησαν τὸν βωμὸν εὐχόμενοι τῷ θεῷ Ἀπόλλωνι ὑπὲρ τᾶς ὑγείας καὶ σωτηρίας τοῦ κοινᾷ τᾶς πατρίδος καὶ καθ' ἕνα ἑκάστου εὐεργέτα Γαΐου Στερτινίου Ἡρακλείτου υἱοῦ Ξενοφῶντος φιλοκαίσαρος φιλονέρωνος φιλοκλαυδίου φιλοσεβάστου φιλορωμαίου φιλοπάτριδος δάμου υἱοῦ εὐσε[β]οῦς ἥρωος εὐεργέτα τᾶς [πα]τρίδος διὰ τοῦ ἐν ἀρχᾷ [μονάρχου (?) --]ος τ[οῦ --]. Ex quibus nominibus Romanis perspicitur de eodem aut certe eiusdem familiae homine accipienda esse quae Plinius narrat N. h. XXIX 7: *Q. Stertinius imputavit principibus quod sestertiis quingenis annuis contentus esset, sescena enim sibi quaestu urbis fuisse enumeratis domibus ostendebat; par et fratri eius merces a Claudio Caesare infusa est, censusque, quamquam exhausti operibus Neapoli exornata, heredi* HS $\overline{\text{CCC}}$ *reliquere, quantum Athenaidi Arruntius solus.* Haec sic interpretatus est Dub., ut maiorem fuisse Xenophonti fratrem statueret, qui medici apud imperatorem officio fungeretur; deinde in eius locum Xenophontem successisse. **2** Primo Claudii, deinde Neronis, cuius principatu haec statua erecta est, cum pleraque Xenophontis monumenta (cf. not. 1) iam Claudio imperante dedicata sint. **3** Cf. Suidas s. Διονύσιος· Ἀλεξανδρεύς, ὁ Γλαύκου υἱός, γραμματικός, ὅστις ἀπὸ Νέρωνος συνῆν καὶ τοῖς μέχρι Τραϊανοῦ καὶ τῶν βιβλιοθηκῶν προὔστη καὶ ἐπὶ τῶν ἐπιστολῶν καὶ πρεσβειῶν ἐγένετο καὶ ἀποκριμάτων. Mommsen Röm. Gesch.[1] V 333[2] officium *ab epistulis Graecis* hic agnoscit; sed Friedlaender Sittengesch. I[6] 183[3] de eis potius responsis intellegit, quae legationibus ad imperatorem missis dabantur, coll. Ioseph. Ant. Iud. XIV 210: δίδοσθαί τε Ὑρκανῷ καὶ παισὶ τοῖς αὐτοῦ καὶ πρεσβευταῖς τοῖς ὑπ' αὐτοῦ

καὶ τιμαθέντα ἐν τῶι [κατὰ] | Βρεταννῶν θριάμβωι[5] στεφάν[ωι] |
10 χρυσέωι καὶ δόρατι[6], δάμου [υ]ἱό[ν, | φιλονέρων]α[7], φιλοκαίσαρα,
[φιλο|σ]έβαστον, φιλορώμαιον, φιλ|ὁπατριν, εὐεργέτην τῆς πατρί|[δ]ος,
15 ἀρχιερέα τῶν θεῶν[8] καὶ ἱερέα δι|[ὰ βί]ου τῶν Σεβαστῶν[9] καὶ Ἀσκλα-
πιοῦ | [καὶ] Ὑγίας καὶ Ἠπιόνης, ἱεροταμιεύ|οντος Μάρκου Σε[π]τικίου
Μάρκου | [υἱ]οῦ Ῥούφου καὶ Ἀρίστωνος τοῦ | Φιλοκλέους φιλοκαισάρων.

πεμφθεῖσιν -- τὰ ἀποκρίματα αὐτοῖς ἀποδίδοσθαι (ἀποδίδωσιν codd.) ἐν ἡμέραις δέκα ταῖς ἁπάσαις. IG VII 2711$_{64}$ προσενδεξάμενος κατὰ δωρεὰν [πρεσ]βεύσιν πρὸς τὸν Σεβαστὸν -- ἤνεγκεν ἀπόκριμα πρὸς τὸ ἔθνος. v. 107 τὸ ἀπόκριμα καὶ πρὸς ἡμᾶς [τοῦ ν]έου Σεβαστοῦ διεκόμισεν. 2712$_{46}$ τελέσας δὲ τὴν πρεσβείαν μετὰ τῶν ἄλλων ἐθνῶν καὶ τὸ ἀπόκριμα ἐνεγκὼν παρὰ [Γαΐου Καίσαρος, τειμὰς] ἔλαβεν μετὰ τῶν συνπρεσβευτῶν. 4 Praefectus fabrum illa aetate perfrequenter negotiis a re militari alienissimis adhibebatur (Mommsen Röm. Forsch. II 441), ut non mirum sit homini qui nullum rei bellicae usum habebat id officium mandatum esse. 5 De Britannico Claudii Caesaris triumpho a. 44 acto cf. Sueton. Claud. 17. 28. Cass. Dio LX 22, 1. 23, 1. 2. 6 Cf. 744[9]. 7 Excisum vocabulum post Neronis mortem damnatamque memoriam supplevit Dub.; servatum est in tit. Calymnio not. 1. 8 Divorum Imperatorum. Dttb., cum Herzog discrimen inter divorum et vivorum imperatorum sacerdotia fuisse negaret. 9 Eius qui quoque tempore fuit principis. Pluralis hic ut v. 3 poni videtur, quia iam per duorum imperium hoc sacerdotio functus erat. Dttb. Neronem et Agrippinam intellegit Herz.

805. Cleonymus Xenophontis frater. In oppido Co. Edd. Fontrier Ἰωνία 1874 Ian. 1; Sakkelion Ὅμηρος, 1874 Octob. 1. Rayet Ann. ass. encour. ét. Gr. IX 1875, 272 (Paton-Hicks Inscr. Cos 94; Syll.[2] 369). Cf. Briau Rev. arch. XLIII 1882, 206. 215; Mommsen Röm. Gesch. V[1] 333[2]; Herzog Koische Funde 196. [*Hi*]

Τιβέριον Κλαύδιον[1], Ἡρακλείτου | υἱόν, Κυρ(ίνα) Κλεώνυμον, τὸν
5 ἀ|δελφὸν Γαΐου Στερτινίου | Ξενοφῶντος, χειλιαρχή|σαντα ἐν Γερμανίαι
λεγεῶ|νος κβ' Πριμιγενίας[2], δὶς μο|ναρχήσαντα[3] καὶ πρεσβεύ|σαντα

1 Hic Ti. Claudius est, tribu Quirina, frater (n. 804) C. Stertinius, tribu Cornelia. Unde apparet non uno tempore fratres civitatem Romanam impetrasse. Quod sic explicat Br., ut Xenophonta quidem secundum legem a Suetonio commemoratam (Suet. Caes. 42: *omnisque medicinam Romae professos et liberalium artium doctores, quo libentius et ipsi urbem incolerent et ceteri adpeterent, civitate donavit*) civem factum statueret, Cleonymum vero postea demum dono imperatoris, apud quem frater eximia gratia florebat, idem ius impetrasse. 2 Legio a Claudio Caesare instituta, fortasse ita ut ea quae ad id tempus fuerat legio altera et vicesima (Deiotariana) in duas divideretur (Mommsen-Marquardt R. Alterthümer V 448); in Germania superiore tendebat etiamtum a. 69 (Tac. hist. I 18. 55).

10 πολλάκις ὑπὲρ τῆς | πατρίδος πρὸς τοὺς Σεβασ|τούς 4, Κλαυδία Φοίβη | τὸν ἑαυτῆς ἄνδρα καὶ εὐεργέ|την ἀρετῆς ἕνεκα καὶ εὐνοίας.

3 Monarchus eponymus magistratus in multis Coorum titulis recensetur. 4 Claudius et Nero intellegendi videntur, quandoquidem illius imperio et per huius certe initia egregia erat Xenophontis apud imperatorem gratia et potentia (n. 804). Ceterum Cleonymum non fuisse medicum ex hoc titulo rectissime collegit Br.

806. Philinus Xenophontis f. Calymni. Sinistram partem ed. Ross Inscr. ined. III 181, totum titulum Dubois Bull. Hell. V 1881, 472 (Briau Rev. arch. XLIII 1882, 208; Syll.² 370). Cf. Herzog Koische Funde 196/7. [*Hi*]

ὁ δᾶμος 1 ὁ τῶν Καλυμνίων | ἐτίμασεν Τιβέριον Κλαύδ|ιον Ξενοφῶντος
5 υἱὸν Φιλί|νον, τὸν θεῖον 2 Γαΐου Στερ|τινίου Ἡρακλίτου υἱοῦ Κορ|νηλία Ξενοφῶντος, ἰατροῦ | Τιβερίου Κλαυδίου Καίσαρος 3, | χειλιαρχήσαντα.

1 Coorum δᾶμος tunc fuerunt Calymnii, sicut Χαλκῆται Rhodiorum. 2 Patruum potius quam avunculum intellexit Dub., quia sic Xenophonta avi paterni nomen gessisse apparet, qua re apud Graecos nihil fuit frequentius. Hic quoque Xenophontis demum gratia a principe civitatem impetravit. 3 Quia Σεβαστός abest, ex hoc titulo collegit Br., Xenophonta Claudii iam priusquam rerum potiretur medicum fuisse. Sed fugit eum, Claudium, quippe qui nunquam adoptione in gentem Iuliam transierit, Caesaris nomine usum non esse, priusquam imperaret. Itaque hic titulus a. 41 recentior habendus est ut omnino quotquot innotuerunt Xenophontis eiusque necessariorum monumenta (n. 804/5 al.).

Berenice regina Chalcidis Iudaicae, c.a. 41—79. Athenis; Or. 427.

807. Magnetes Ti. Claudium Tyrannum medicum laudant. *Üxümlü* prope Magnesiam ad Maeandrum. Edd. Foucart Bull. Hell. XII 1888, 328, Kontoleon Ath. Mitt. XIV 1889, 317 (Syll.² 371; Kern I. Magn. 113). [*Hi*]

ἐπὶ στεφανηφόρου 1 Τιβερίου Πανκρατίδου τοῦ | Διοφάντου, μηνὸς Κουρεῶνος 2 Σεβαστῆ 3· | ἔδοξεν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ, γνώμῃ στρα|-

1 Stephanephorus eponymus Magnetum ad Maeandrum magistratus (Kern I. Magn. p. 211), sed etiam Milesiorum, Heracleotarum, Prienensium aliarum urbium propinquarum. 2 Nomen cum Ionico Ἀπατουριών recte confert F. monens κούρειον sacrificium Apaturiorum, κουρεῶτιν diem quo id fiebat vocatum esse. 3 Civitates Asianas primum cuiusque mensis diem (νουμηνίαν) novo nomine Σεβαστήν appellasse cum aliunde tum ex titulis Pergameno Inschr. Perg. 374 $B_{4.8}$. D_{10} et Cibyratico notum est Heberdey-Kalinka Denkschr. Wien. Ak. XLV 1896, I 5, 13: ἔτους ᾱλσ΄, μηνὸς Δαισίου, Σεβαστῆ); cf. Wilhelm AEMOest. XX 1897, 72 et iam Or. 458[36].

5 τηγῶν καὶ τοῦ γραμματέως τοῦ δήμου καὶ | ἀρχιερέως τῶν πατρίων θεῶν καὶ τῶν Σε|βαστῶν[4] Παμμένους τοῦ Διοκλέους· | ἐπὶ[5] Τιβέριος Κλαύδιος Σεβαστοῦ[6] ἀπελεύ|θερος Τύραννος, πολείτης ἡμέτερος,
10 ἀνὴ[ρ] | δεδοκιμασμένος τοῖς θείοις κριτηρίοις | τῶν Σεβαστῶν[7] ἐπί τε τῇ τέχνῃ τῆς ἰατρι|κῆς[8] καὶ τῇ κοσμιότητι τῶν ἠθῶν, παραγενόμενος | ἰς τὴν πατρίδα ἀνάλογον πεποίηται τὴν ἐπιδη|μίαν τῇ περὶ ἑαυτὸν ἐν πᾶσι σεμνότητι, προσ|ενεχθεὶς φ[ι]λανθρώπως πᾶσι τοῖς πολείταις, |
15 ὡς μηδένα ὑφ' αὑτοῦ παρὰ τὴν ἀξίαν τοῦ καθ' ἑ|αυτὸν μεγέθους ἐπιβεβαρῆσθαι, ἐφ' οἷς ἡ βουλὴ | καὶ ὁ δῆμος ἀποδεχόμενοι τὸν ἄνδρα προσ|ῆκον ἤγηνται τιμῆσαι αὐτόν· δεδόχθαι τῇ | βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ,
20 τετιμῆσθαι Τιβέριον Κλαύ|διον Σεβαστοῦ ἀπελεύθερον Τύραννον καὶ | εἶναι ἐν ἀποδοχῇ τῷ δήμῳ· δεδόσθαι τε αὐ|τῷ ἀτέλειαν πάντων ⟨δὲ⟩ τῶν τελῶν ὧν κατεσ|κεύακε ἐργαστηρίων ἐπὶ τῆς χώρας ἧς | κώμη Καδυία.

---

4 Cf. n. 804[9]. 5 I.e. ἐπεί. 6 Aut Claudii aut Neronis, nam huius quoque liberti praenomen *Tiberius* gerere solebant, quia illo quod est *Nero* nemini privato, nedum libertino, uti licebat. Mommsen Röm. Forsch. I 39.

7 Claudium et Neronem intellegit F. Sed cum illum a Nerone demum manumissum esse haud improbabile sit (not. 6), eodem iure etiam Neronem cum successoribus usque ad Vespasianum significare potest hic pluralis. 8 Sine dubio multo minorem dignitatis gradum inter medicos principum habebat hic libertinus, quam Xenophon Cous (n. 804 sqq.), quare etiam ἀρχιάτρου titulo caret.

△ **808. Neronis statua ab Amphictyonibus erecta, a. 54.** In basi calcaria, cippi figura. Ed. Homolle Bull. Hell. XX 1896, 710.

[*Pw*]

[Νέρωνα Κλαύδιον[1], θ]ε[οῦ] Κ[λ]α[υδί]ο[υ υἱόν, Τιβερίου] | Καίσ]αρος Σεβαστοῦ καὶ Γερμαν[ι|κ]οῦ Καίσαρος ἔκγονον[2], θεοῦ Σεβασ|[τ]οῦ
5 ἀπόγονον[2], Καίσαρα Σεβα[σ|τὸ]ν Γερμανικόν, ἀρχιερέα, δη|μαρ]χικῆς ἐξουσίας[3], αὐτοκράτο|ρα[3], τὸ κοινὸν τῶν Ἀμφικτυόνων. | *vacat versus unus*

De aetate v. not. 3. — V. 1 supplevi ex tit. 810 de quo Hom. ignorabat. Sed dubium est, utrum unus an duo versus interierint. Litterarum numerus certe ad duos quadrat, sed reliquiae in med. v. 1 ab Hom. notatae, si recte se habent, tantummodo ad θεοῦ Κλαυδίου referri possunt.

1 Eadem praescripta ad verbum repetuntur in Neronis epistula ad Rhodios data n. 810. Sed dolendum, quod v. 1 supra interiit qui scrupulos ex nomine Tiberii ortos (n. 810[6]) tollere et nos docere potuit, utrum hic quoque nomen Neronis erasum esset necne. 2 De vi verborum ἔκγονος et ἀπόγονος (abnepos) scite exposuit Dttb. n. 810[6]. 3 Tribunicia

ἐπὶ ἱερέως τῶν Σεβαστῶν καὶ ἐπιμελητοῦ[4] | Ἀμφικτυόνων Ἱοπλίου Μεμμίου Κλεάνδρου.

potestas (primum), imperator (primum), munus consulis nondum initum (cos. I, a. 55), omnia evincunt, statuam esse erectam inter d. 13. m. Oct. a. 54 et d. 1. m. Ian. 55. Sic statuit Ho. accuratius quam Dttb. n. 810[7] (non post diem 12. m. Octobris a. 55). Itaque Delphos tales honores imperatorum novorum quam maxime properasse patet; cf. n. 809[1], 801 *A*[1].

4 De epimeletis Amphictyonum cf. n. 791[4].

△ **809. Agrippina minor, Neronis mater, statua Delphica honoratur, a. 54.** In basi calcaria Thuri pythionicae, in latere dextro inverso. Ed. Homolle Bull. Hell. XX 1896, 708 not. [*Pw*]

Σεβαστὴν Ἀγριππεῖναν[1], | Σεβαστοῦ Νέρωνος μητέ|ρα, Δελφῶν ἁ πόλις.

1 Iulia Agrippina, Germanici filia, mater Neronis (a. 37), Claudii uxor a. 50, simul Augusta (Groag R-E III 2809), necavit Claudium a. 54, necatur a Nerone a. 59. Ut Claudii prima statua n. 801 *A* basi antiquiori Pharsaliorum imposita est, quia Delphi quam celerrime novum imperatorem adulari studebant, sic una cum statua Neronis statim post initum imperium dedicata (n. 808[3]) etiam matris Agrippinae imaginem in basi veteriore (init. saec. III) erexerunt. Mensibus igitur Nov. aut Dec. a. 54 hunc titulum incisum esse puto.

810. Neronis ad Rhodios epistula, a. 55. *Koskinu* prope Rhodum. Ed. Hiller von Gaertringen Ath. Mitt. XX 1895, 386, 5 (Syll.[2] 373). Cf. Fabia Rev. phil. XX 1896, 137; SGDI 3754. [*Hi*]

[ἐπ' ἱερ]έως Δ[ιογέ]νευς[1], πρυτανίων τῶν σὺν | Μενεκλεῖ τῷ Ἀ[ρ]χαγόρα[2], γραμμα[τε]ύοντος | βουλᾶς Νεικασιμάχου Δια[φ]άνου, καθ' ὁ(οθεσίαν δὲ)[3] Ἀρχεδάμ[ου, | ά] ἐπιστολὰ ἁ ἀποσταλεῖσα ὑπὸ Νέρωνος | Κλαυδίου Καίσαρος Πεταγειτνύου κζ'[4].

1 Sacerdos Solis, qui in Rhodiorum civitate eponymus fuit; v. indicem apud Bleckmannum Klio 1912, 254[103]. 2 Praeter sacerdotem, mensem, diem etiam prytanum mentionem exhibet plebiscitum Seleuciae ad Calycadnum inventum n. 644 II *a*: Ῥοδίων. ἐπὶ ἱερέως Δαμοκλέους τοῦ Δαμέου, πρυτανίων τῶν σὺν Ἀστυμήδει τῷ Ἀρχοκράτους, Δαλίου. 3 ΚΑΘ. 4 Huius mensis sedem Bischoff N. Jahrb. kl. Phil. 1897, 730 Posideoni attico i.e. Decembri/Ianuario fere aequalem fuisse sumpsit; cf. Nilsson Bull. Ac. Danemark 1909, 128. 132 (cum Attico Anthesterione postea comparavit Bischoff Realenc.[2] Kalender § 51). Satis hoc temporis erat rebus quae epistulae Neronianae adventum antecedebant, Claudii morti quam die XIII m. Oct. a. 54 oppetiit, epistulae et rumoribus de novo imperatore Rhodum pervagatis, legatis Rhodiorum Romam missis, etiamsi hiemem navigationi

[Νέρων][5] Κλαύδιος, θεοῦ Κλαυδίου υἱός, Τιβερίου Καίσ[α]ρος Σε-
βαστοῦ καὶ Γερμανικοῦ Καίσαρος ἔγγονος[6], θε|οῦ Σεβαστοῦ ἀπόγονος,
Καῖσαρ Σ[εβ]αστὸς Γερμανι|κός, ἀρχιερεύς, δημαρχικῆς ἐξουσίας[7],
10 αὐτοκρά|τωρ, Ῥοδίων ἄρχουσι βουλῇ [δή]μῳ χαίρειν·
οἱ πρέσβεις ὑμῶν, οὓς ἐπὶ τῇ ψευδῶς ἐπι[σ]τολῇ | πρὸς ὑμᾶς κομι-
σθείσῃ[8] τῷ τῶν ὑπάτων ὀνόματι | ταραχθέντες πρός με ἐπέμψατε[9],
καὶ τὸ ψήφισμα [ἀ]|πέδοσαν καὶ περὶ τῶν θυσιῶν ἐδήλωσαν ἃς ἐν-
15 ετε[ί]λασθε αὐτοῖς ὑπὲρ τῆς πανοικίου μου ὑγείας καὶ | τῆς ἐν τῇ ἡγε-
μ[ο]νίᾳ διαμονῆς ἐπιτελέσαι τῷ κατ' ἐ|ξοχὴν παρ' ἡμεῖν τειμωμένῳ
θεῷ Διὶ Καπετωλίῳ[10], | περί τ' ὧν ἐπεστάλκειτε αὐτοῖς πρὸς τὴν τῆς

non idoneam fuisse recordamur. De tempore quod veteres navigando consumpserint confer Guhl-Kohner-Engelmann Leben der Griechen u. R. 427.

5 Nomen hic erasum, ut paene ubique post regnum Neronis eversum, v. 4 neglegentia relictum. Cf. 814_{26}. 6 Iustam formulam: Νέρων Κλαύδιος, θεοῦ Κλαυδίου υἱός, Γερμανικοῦ Καίσαρος υἱωνός (= nepos), Τιβερίου Καίσαρος Σεβαστοῦ ἔγγονος (= pronepos), θεοῦ Σεβαστοῦ ἀπόγονος (= abnepos) homo graecus latioris notionis nominis ἔκγονος memor, quo tunc Romanorum pronepotem reddere consueverant, in brevius contraxit, ut iam (υἱωνός et) ἔγγονος, nepos et pronepos confunderentur. Rhodiorum magistratuum epistulae ad Tiberium imp. neglegenter scriptae exempla habent Suet. Tib. 32, Dio LVII 11. Fa. Cf. IG V 1, 1449. 7 Numerus iterationis omissus hanc epistulam primo tribuniciae potestatis anno, i.e. non post diem 12. m. Oct. a. 55 datam esse probat [consulatus non relatus die I m. Ian. a. 55 anteriorem indicat: n. 808[3]]. 8 I.e. ἐπὶ τῇ ψευδῶς πρὸς ὑμᾶς κομισθείσῃ ἐπιστολῇ. Hoc hyperbaton non modo inauditum non est, sed etiam apud elegantissimum quemque scriptorum veterum Atticorum simillima exempla haud pauca inveniuntur; cf. Demosth. XVIII 144: καὶ γὰρ εὖ πρᾶγμα συντεθὲν ὄψεσθε. XVIII 126: τὰς ὑπὸ τούτου βλασφημίας εἰρημένας. XX 84: τὸ Χαβρίᾳ ψήφισμα ψηφισθέν. 9 I.e. οὓς πρός με ἐπέμψατε, ταραχθέντες ἐπὶ τῇ ἐπιστολῇ, ἣ ψευδῶς τῷ τῶν ὑπάτων ὀνόματι πρὸς ὑμᾶς ἐκομίσθη. Sic recte interpretatur P. Wolters apud H. Nam quod Mommsenus et Hillerus τῷ ὀνόματι ad ταραχθέντες referre malunt, fugit eos necessario ab hoc participio ἐπὶ τῇ ἐπιστολῇ potius suspendendum esse; neque enim ἐπὶ τῇ ἐπιστολῇ πρέσβεις ἐπέμψατε recte dicitur. Accedit quod in illorum interpretatione etiam adverbium ψευδῶς nudo perferendi verbo adiectum merito reprehenditur — sic potius ipsam epistulam ψευδῆ vocari exspectes — cum ψευδῶς τῷ τῶν ὑπάτων ὀνόματι κομισθῆναι litterae bene dicantur et perspicue. Quid scriptum fuerit in ista commenticia consulum epistula, latet. Dttb. 10 Hospitii publici vel amicitiae inter Romanos aliumque populum intercedentis iure hoc quoque contineri, ut huius civibus Romae in Capitolio rem divinam facere et dona Iovi consecrare liceat, Th. Mommsen Römische Forschungen I 347^{45} demonstrat cum aliis exemplis usus tum senatusconsulto de Asclepiade (CIL I 203_{25}: τούτοις τε πίνακα χαλκοῦν φιλίας ἐν τῷ Καπετωλίῳ ἀνα-

πόλεως | δημοκρατίαν διαφερόντων ἐνεφάνισαν διὰ Κ[λαυ]δίου Τειμοστράτου τοῦ ἀρχιπρεσβευτοῦ, σπου|δαίῳ πάθει τοὺς ὑπὲρ ὑμῶν ἐπ' ἐμοῦ ποιησαμένων | λόγους, ἀνδρὸς κ[ἀμ]οὶ ἐπὶ τῷ κρατ[ί]στῳ διὰ τ[ὴ]ν ἀνανέω|σιν τῶν πρὸς ἡμᾶς αὐτῷ δικαίων ὑπαρχόντων γνωρί|μου καὶ παρ' ὑμεῖν ἐν τοῖς ἐπιφανεστάτοις καταριθμου[μέ]|νου. ἐγὼ οὖν ἀπὸ τῆς πρώτης ἡλικίας εὐνοϊκῶς πρὸς τὴ[ν πό]|λιν ὑμῶν δι[α]κείμενος[11] --

θεῖναι θυσίαν τε ποιῆσαι ἑξῆς). Cf. n. 764$_{6.\,8}$. 796$_{31}$. 11 Iam transit imperator ad suum erga Rhodios animum beneficiaque in eos a se collata praedicanda, in quibus sine dubio non silentio praeteriit illud, quod a Claudio eis libertatem impetraverat. Cf. Tac. ann. XII 58: *eodem* (Nerone) *oratore -- reddita Rhodiis libertas* (a. 53 p. Chr.). Sueton. Nero 7 *apud eundem* (Claudium) *consulem* (hoc non potest non ad quintum Claudii consulatum a. 51 p. Chr. gestum spectare) *pro Bononiensibus Latine, pro Rhodiis atque Iliensibus Graece verba fecit.* Claud. 25: *Lyciis* (Claudius imperator) *ob exitiabiles inter se discordias libertatem ademit, Rhodiis ob paenitentiam veterum delictorum reddidit.* Uter scriptor de tempore verum referat, vix discernas. Ceterum in ipsa insula eius rei testimonium exstat IG XII 1, 2$_{12}$ sq.: [ἀποδοθεῖσ]ας τᾷ πόλει τᾶς πατρίου πολειτείας ὑπὸ τῶν [-- Νέρω]νος Κλαυδίου Καίσαρος.

811/2. P. Glitius Gallus et uxor, a. 65. Andri. Ross Inscr. ined. II 89 (CIG II 2349i; LeBas II 1806; Syll.^{2} 374/5); IG XII 5, 757. Cf. Sauciuc Andros 91. [*Hi*]

ὁ δῆμος | Πούπλιον Γλείτιον[1] Γάλλον, | τὸν ἑαυτοῦ πάτρωνα καὶ | εὐεργέτην, ἀρετῆς | ἕνεκα.

ὁ δῆμος | Ἐγνατίαν Μαξίμιλλαν[2], τὴν | ἑαυτοῦ εὐεργέτιν, ἀρετῆς | ἕνεκα.

1 De insulis graecis exilii locis cf. n. 791 not.; de Andro Sauciuc l.l. Tac. Ann. XV 56: *Lucanus Aciliam, matrem suam, Quintianus Glitium Gallum, Senecio Annium Pollionem, amicorum praecipuos* (ut coniurationis Pisonianae a. 65 patefactae participes) *nominavere.* c. 71: *Novio Prisco per amicitiam Senecae et Glitio Gallo atque Annio Pollioni infamatis magis quam convictis data exilia.* Andrum potissimum eum se contulisse hic demum titulus docuit. Prosopogr. imp. R. II 116. 2 Cf. Tac. Ann. XV 71: *Priscum Artoria Flaccilla coniux comitata est, Gallum Egnatia Maximilla, magnis primum et integris opibus, post ademptis; quae utraque gloriam eius auxere.*

813. Epimeletae Amphictyonum analemmata (*A*, *B*), fontem et aquaeductum (*C*) Delphis reficiunt, a. 67 (?) et 87/91. [*Pw*]

A. Analemmata duo ad templum a Cleomacho restaurata, a. 67 (?). In muri polygonii angulo, in latere orientali. Edd. E. Curtius Rh. Mus. II 1842, 111; Anecd. Delph. 83, n. 67 (Syll.^{2} 372, LeBas II 847) et denuo e lapide Pomtow Delphica III 200 (Berl. ph. W. 1912, 1079).

[οἱ] Ἀμφ[ικτύο]νες[1] καὶ ὁ ἀρχιερεὺς τῶν Σ[εβα]||στῶν[2] καὶ ἐπιμελη-
τὴς[3] τοῦ κοινοῦ τῶν Ἀμφικ[τυό]|νων καὶ ἄρχων τῆς ἱερᾶς Ἀκτιακῆς
βουλῆς[4] Τιβ. Κλαύδιο[ς][2] | υἱὸς πόλεως[5] Κλεόμαχος[6], φιλόκαισαρ καὶ
5 φιλόπατρις, | Νεικοπολείτης, τὸ ἀνάλημμα[7] τό τε ἔσω τὸ ὑπὸ
τοὺς | ἀνδριάντας καὶ τὸ ἔξωθεν[8] ἐποίησαν[9] ἐκ τῶν τοῦ Πυ|-
θίου Ἀπόλλωνος τόκων καὶ προσόδων.

In titt. *A* et *B* ‚*sind die zwei Bauherren und die Bezeichnungen der Bauten durch höhere Anfangsbuchstaben hervorgehoben*'. Pw. l.l. — De tempore v. not. 6. 1 ‚Ab Augusto Nicopolitanos Amphictyonibus ascriptos esse ita ut sex suffragia haberent, quantus numerus praeterea solis Macedonibus et Thessalis tributus est, Paus. X 8, 4 refert. Quare non mirabimur hic eius urbis civem toti conventui praeesse (v. 5).' 2 Titt. *A* et *B* Neronis imperio antiquiorem non esse cum nomina Τιβέριος Κλαύδιος tum sacerdotium Augustorum (cf. Hermae XIII p. 87) indicio sunt. ‚Nullus autem iam post Domitiani tempora ἀρχιερεὺς τῶν Σεβαστῶν (Delphis) videtur nuncupari', Bourguet de reb. delph. 53. 3 De epimeletis egit Bourguet de reb. delph. 47 (v. supra n. 791[4]). 4 ‚Quibus locis magnae feriae fieri solebant, ibi sacra concilia instituta erant, quae caverent, ne quid in caerimoniis ludisque omitteretur aut peccaretur. Eiusmodi fuit Olympiae ἡ Ὀλυμπικὴ βουλὴ frequenter apud Pausaniam et in titulis (veluti 878. 887) commemorata, Eleusine ἡ ἱερὰ γερουσία (IG III 702_2; 851_3).'

5 ‚Cf. G. Hirschfeld Zeitschr. oesterr. Gymn. 1882, 161' et CIG 1058 (υἱὸς τῆς πόλεως), ubi Boeckh ex tit. Ancyrano etiam θυγάτηρ τῆς μητροπόλεως attulit; alia exempla v. ap. Liebenam Städteverw. 131/2. Epimeleta Cleomachus videtur υἱὸς πόλεως Delphorum fuisse. 6 In laterculo epimeletarum Amphictyonicorum (qui per singulas Pythiadas munere fungebantur) Bourguet De reb. delph. 58 Cleomachum temporibus Neronis eiusque successorum ante Domitianum attribuit. Itaque eam Pythiada hic in censum venire suspicatus sum (l.l. not. 2), qua Nero in Graecia versatus Delphos visitavit; sc. Pythiis a. 67, ut quidem videtur (cf. Jahrbb. Phil. 1889, 449 cum not. 32). Imperatoris igitur causa analemmata tunc refecta esse. Sed cum litteratura recentior videatur neque Cleomachus alibi Delphis occurrat, nec aetas illa nec annus 67 certi habendi. 7 Muros substructos iure interpretatur C. provocans ad CIG $1104_{3.21}$ sqq. Π. Λικίνιος Πρεῖσκος Ἰουουεντιανὸς .. τὰς ἀναβάσεις καὶ τὰ ἀναλήμματα ὑπὸ σεισμῶν καὶ παλαιότητος διαλελυμένα ἐπεσκεύασεν. Eadem ‚analemmata' (*Stützmauern von Terrassen*) exstant Delphis c.a. 330, n. 290, Athenis c.a. 329/8, Syll.[2] 587_{20}.

8 Intellegenda sunt: analemma illud perlongum sed angustum, quod lateri meridionali templi adiectum viginti Apollines Liparaeorum n. 14 aliasque statuas portabat, et murus magnus polygonius notissimus (cui tit. *A* inscribebatur); de hoc exposui l.l. 205, de illa ibid. 210.

9 ἐποίησαν idem valere videtur quod κατεσκεύασαν, i.e. refecerunt, non: condiderunt.

△ *B.* Analemma ad portam periboli ab eodem Cleomacho refectum, a. 67(?). In tabula oblique oblonga, marmorea, immissa olim muro periboli. Ed. Pomtow Delphica III 203 (Berl. ph. W. 1912, 1109).

οἱ Ἀμφικτύονες[1] καὶ ὁ ἀρχιερεὺς τῶν Σεβα|στῶν[2] καὶ ἐπιμελητὴς[3] τοῦ κοινοῦ τῶν Ἀμ|φικτυόνων καὶ ἄρχων τῆς ἱερᾶς Ἀκτιακῆς βου|λῆς[4] Τιβ. Κλαύδιος υἱὸς πόλεως[5] Κλεόμαχος[6], | φιλόκαισαρ καὶ φιλόπατρις, Νεικοπολείτης, | τὸ ἀνάλημμα[7] μέχρι τῆς Πυλίδος[10] ἐποίη|σαν[9] ἐκ τῶν τοῦ Πυθίου Ἀπόλλωνος τό|κων καὶ προσόδων.

△ *C.* Fons, aquaeductus, muri a Megalino dedicati et restaurati, a. 87—91. Basis(?) calcaria. Ed. Homolle Bull. Hell. XX 1896, 720.

Ἀπόλλωνι Πυθίωι | ὁ ἀρχιερεὺς τῶν Σεβαστῶν[2] καὶ | ἐπιμελητὴς[3] τῶν Ἀμφικτυό|νων › Τ. Φλαύιος Μεγαλεῖνος[11] | τὴν κρήνην[12] καὶ τὸ ὑδραγώγιον[13] καὶ | τοὺς τοίχους ἐκ τῶν τοῦ | θεοῦ προσόδων.

10 Hoc analemma pertinet meridiem versus ab illo, cui tripus aureus Plataicus n. 31, nec non quadriga Rhodiorum n. 441 imposita erant, usque ad portulam periboli orientalem (numero 3 signatam in forma Delphorum l.l. tab. XIV); cf. quae exposui l.l. 204.

11 Ex titt. 821 *D* et *E* (a. 90) apparet Megalinum fuisse epimeletam imperante Domitiano. Cum Pythias a. 91—95 a Cyllo sit occupata (cf. n. 822 2. 3), sequitur ut Callistratus et Megalinus quos Bourg. de reb. delph. 58 solos sub Domitiano enumerat, ad Pythiadas 83/87 et 87/91 pertineant.

12 Fons est Cassotis, seu ipsa δεξαμένη superior, seu aqua derivata quae ‚fontem' adyti sub templo efficit, seu illa ἀναπνοὴ τοῦ νάματος quae infra templum sita ap. Plut. Pyth. or. 17 commemoratur. 13 Intellegendus est aquaeductus qui a theatro (et Cassotide) ad templum et sub templo ad adytum pertinet, aut is qui ab adyto per analemma medium (*Zwischenterrasse*) et secundum murum polygonium, deinde muro perforato ad exedram Herodis Attici n. 459 aliamque δεξαμένην deductus est. Illa vero huius ὑδραγωγίου rudera, quae nunc in medio analemmate effossa vides, non cum Homollio Megalino attribui possunt, quia tota e lapidibus thesauri Corinthiaci exstructa sunt; qui thesaurus etiam Hadriani et Plutarchi aetate intactus mansit (Plut. Pyth. or. 12) nec non a Pausania est visus (X 13, 5).

814. Neronis de Graecorum libertate oratio, a. 67. Acraephiae (*Karditza*). Ed. Holleaux Bull. Hell. XII 1888, 510 et Discours prononcé par Néron 1889 (IG VII 2713; Syll.² 376; v. Wilamowitz Lesebuch II 395; Dessau Inscr. Lat. 8794). Cf. Wernicke arch. Jahrb. IX 1894, 111; Fabia Rev. philol. XIX 1895, 228; Wilhelm Goett. GA 1903, 798. [*Hi*]

Continet tabula edictum Neronis Caesaris quo Graeci omnes Corinthum convocabantur (I v. 1—6), contionem illic ab imperatore habitam de libertate et immunitate totius provinciae (II v. 7—26), decretum Acrae-

I Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ λέγει[1]· τῆς εἴς με εὐνοί|ας τε καὶ εὐσεβείας
ἀμείψασθαι θέλων τὴν εὐγε|νεστάτην Ἑλλάδα κελεύω πλείστους καθ'
5 δ[σ]ο[ν] | ἐνδέχεται ἐκ ταύτης τῆς ἐπαρχείας παρῖναι[2] | ἰς Κόρινθον[3]
τῇ πρὸ τεσσάρων καλανδῶν Δε|κεμβρίων[4].

II συνελθόντων τῶν ὄχλων ἐν ἐκκλησίᾳ προσεφώ|νησεν[5] τὰ ὑπογεγραμ-
μένα.

10 ἀπροσδόκητον ὑμεῖν, ἄνδρες Ἕλληνες, δωρεάν, | εἰ καὶ μηδὲν παρὰ
τῆς ἐμῆς μεγαλοφροσύνης | ἀνέλπιστον, χαρίζομαι τοσαύτην ὅσην οὐκ

---

phiensium (III v. 27—58) de ara et simulacris dedicandis, quae civitas grati animi monumenta esse volebat. 1 Edictum propositum esse probabile est aliquot mensibus ante contionem quam sub finem mensis Novembris a. 67 habitam haec tabula docet (not. 4. 9). Nam aliter fieri non poterat ut magna hominum multitudo etiam ex remotioribus Graeciae regionibus Corinthum conveniret. Quod quoniam anni illius mense fere Iulio aut Augusto Olympia ab imperatore summa magnificentia peracta constat, vix dubitandum est quin per illam occasionem, qua nulla cogitari poterat aptior, universa natio de principis voluntate certior facta sit.

2 I.e. παρεῖναι (cf. ἰς v. 5. ἀνισφορίαν v. 14. ἐπιδή v. 31), non παριέναι, pro quo sane item παρίναι tum scribebatur per barbarismum ab Atticistis castigatum; cf. Phrynichus p. 15 Lobeck: ἐπίναι, κατίναι, προσίναι, ἐξίναι, πάντα ἀδόκιμα ἄνευ τοῦ ε̄ λεγόμενα· χρὴ γὰρ σὺν τῷ ε̄ ἀπιέναι καὶ ἐξιέναι λέγειν καὶ τὰ λοιπὰ ὁμοίως. N. 983_2 παρίναι manifesto pro παριέναι scriptum habes.

3 Isthmiis libertatem a Nerone Graecis concessam esse Plut. Flaminin. 12 et Sueton. Nero 24 referunt. Sane legitimum Isthmiorum tempus erat sive aestas media (Hermann Gottesd. Altert. § 49, 15) sive ver (Stengel Kultusaltert.[2] 190), sed cum a Nerone multas ferias aut alio ac debebat tempore actas aut adeo iteratas constet (Sueton. Nero 23), alterutrum etiam in his sacris eum fecisse statuendum est. H. 4 Annum 67 significari demonstravit H. Versabatur imperator in Graecia ab aestate anni 66 ad finem anni proximi aut ad ipsos primos anni 68 dies; utique m. Sept. 67 exeunte etiamtum in ea provincia fuisse docet Iosephus Bell. Iud. III 540. 542. Quod quoniam Suetonius decedentem Neronem provinciam illo beneficio affecisse narrat (Nero 24), annum 66 in censum non venire manifestum est. Cum his concinit decretum CIL X 7852, quod docet inde ab a. 67 Sardiniam, quae senatui pro Achaia data est a principe, proconsules habuisse cum usque ad id tempus sub legatorum Augusti p. pr. regimine fuisset. Marquardt R. Staatsverw. I[2] 249[1]. 5 Cum T. Quinctius Flamininus a. 196 a. Chr. per praeconem in panegyri Isthmica libertatem Graecorum pronuntiandam curasset, Neronem ipsum sua voce eam proclamasse testantur Plutarchus Flam. 12 et Suetonius Nero 24 cum hoc lapide. Ceterum *adnotabant seniores ... Neronem alienae facundiae egisse.* Tac. Ann. XIII 3. Rhetoris artem clausulae ostendunt rhythmicae. Wil.

ἐχωρή|σατε αἰτεῖσθαι· πάντες οἱ τὴν Ἀχαΐαν καὶ τὴν ἕως | νῦν[6] Πελοπόννησον κατοικοῦντες Ἕλληνες | λάβετε ἐλευθερίαν, ἀνισφορίαν, ἣν οὐδ' ἐν τοῖς εὐτυ|χεστάτοις ὑμῶν πάντες χρόνοις ἔσχετε· | ἢ γὰρ ἀλλοτρίοις ἢ ἀλλήλοις ἐδουλεύσατε. | εἴθε μὲν οὖν ἀκμαζούσης τῆς Ἑλλάδος παρειχόμην ταύτην τὴν δωρεάν, ἵνα μου πλείονες ἀπολ|αύωσι τῆς χάριτος· δι' ὃ καὶ μέμφομαι τὸν αἰῶνα | προδαπανήσαντά μου τὸ μέγεθος τῆς χάριτος· | καὶ νῦν δὲ οὐ δι' ἔλεον ὑμᾶς, ἀλλὰ δι' εὔνοιαν εὐερ|γετῶ, ἀμείβομαι δὲ τοὺς θεοὺς ὑμῶν, ὧν καὶ διὰ | γῆς καὶ διὰ θαλάττης αἰεί μου προνοουμένων πε|πείραμαι, ὅτι μοι τηλικαῦτα εὐεργετεῖν παρέσχον· | πόλεις μὲν γὰρ καὶ ἄλλοι ἠλευθέρωσαν ἡγεμόνες, | [Νέρων δὲ μόνος κα]ὶ ἐπαρχείαν.

ὁ ἀρχιερεὺς τῶν Σεβαστῶν διὰ βίου καὶ Νέρωνος[7] | Κλαυδίου Καίσαρος Σεβαστοῦ Ἐπαμεινώνδας | Ἐπαμεινώνδου[8] εἶπεν· προβεβουλευμένον ἐαυ|τῷ εἶναι πρός τε τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον· | ἐπιδὴ ὁ τοῦ παντὸς κόσμου κύριος Νέρων[7], αὐτο|κράτωρ μέγιστος, δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ τρισ|καιδέκατον ἀποδεδειγμένος[9], πατὴρ πατρίδος, | νέος Ἥλιος ἐπιλάμψας[10] τοῖς Ἕλλησιν προειρημέ|νος[11] εὐεργετεῖν τὴν Ἑλλάδα, ἀμειβόμενος δὲ | καὶ εὐσεβῶν τοὺς θεοὺς ἡμῶν παριστανομένους | αὐτῷ πάντοτε ἐπὶ προνοίᾳ καὶ σωτηρίᾳ, τὴν ἀπὸ | παντὸς τοῦ αἰῶνος αὐθιγενῆ καὶ αὐτόχθονα ἐλευ|θερίαν πρότερον ἀφαιρεθεῖσαν τῶν Ἑλλήνων εἷς | καὶ μόνος τῶν ἀπ' αἰῶνος αὐτοκράτωρ

6 Non amplius eo nomine uti terram his verbis indicari videtur, ut admodum ingeniose et ad persuadendum accommodate H. coniecisse videatur a Nerone novum cognomentum, veluti Νέρωνος νῆσος, ei impositum esse. Cf. Sueton. Nero 55: *ideoque multis rebus ac locis, vetere appellatione detracta, novam indixit ex suo nomine, mensem quoque Aprilem Neroneum appellavit; destinaverat et Romam Neropolim nuncupare.*

7 ΙΕΓ. 8 Idem homo inter cives Acraephienses iam Gai Caesaris principatu (a. 37—41) opibus et auctoritate egregie florebat. IG VII 2711. 2712. 9 Designationi nullum esse locum in tribunicia potestate monet Th. Mommsen apud H. Error utique permirus nescio an ita explicandus sit, ut ὁμοιοτέλευτον aliquot vocabulis transsiliendis ansam praebuisse statuamus et restituamus δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ τρισκαιδέκα(τον, ὅπατος τὸ πέμπ)τον ἀποδεδειγμένος. ‚Sed ne consul quidem designatus videtur Nero fuisse illo tempore. Omnino Epaminondas erravit.‘ Dess. Ipse tribuniciae potestatis annus XIII aut 10. Dec. 65/6 aut 13. Oct. 66/7 fuisset. Dess.

10 Nero cum Sole comparatus sicut iam a. 53 Claudio imperante apud Rhodios: Antiphilus Anth. Pal. IX 178: Ἅλιε, καὶ παρὰ σὸν φέγγος ἔλαμψε Νέρων. v. Gelder Gesch. Rhod. 174; Riewald De imp. R. cum dis compar. 278. 11 I.e. προειρημένοις. Ut perfrequens est haec scriptura tertio alteroque a. Chr. saeculis, sic imperatorum aetate rarissima.

μέγιστος | φιλέλλην γενόμενος [Νέρων] Ζεὺς Ἐλευθέριος ἔδω|κεν, ἐχαρίσατο, ἀποκατέστησεν εἰς τὴν ἀρχαιό|τητα τῆς αὐτονομίας καὶ ἐλευθερίας, προσθεὶς | τῇ μεγάλῃ καὶ ἀπροσδοκήτῳ δωρεᾷ καὶ ἀνεισφο|
45 ρίαν, ἣν οὐδεὶς τῶν πρότερον Σεβαστῶν ὁλοτελῆ | ἔδωκεν· δι' ἃ δὴ πάντα δεδογμένον εἶναι τοῖς τε ἄρ|χουσι καὶ συνέδροις καὶ τῷ δήμῳ καθιερῶσαι μὲν κα|τὰ τὸ παρὸν τὸν πρὸς τῷ Διὶ τῷ Σωτῆρι βωμόν,
50 ἐπι|γράφοντας ‚Διὶ Ἐλευθερίῳ [Νέρων]ι εἰς αἰῶνα', καὶ ἀγάλμα|τα ἐν τῷ ναῷ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Πτωΐου συνκαθει|δρύοντας τοῖς [ἡμῶν] πατρίοις θεοῖς [Νέρωνος] Διὸς | Ἐλευθερίου καὶ Θεᾶς Σεβαστῆς [Μεσσαλίνης]12, ἵνα | τούτων οὕτως τελεσθέντων καὶ ἡ ἡμετέρα πόλις |
55 φαίνηται πᾶσαν τειμὴν καὶ εὐσέβειαν ἐκπεπληρω|κυῖα εἰς τὸν τοῦ κυρίου Σεβαστοῦ [Νέρωνος οἶκον 13.] | εἶναι δὲ ἐν ἀναγραφῇ τὸ ψήφισμα παρά τε τῷ Διὶ τῷ Σω|τῆρι ἐν τῇ ἀγορᾷ ἐν στήλῃ καὶ ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Ἀπόλλω|νος τοῦ Πτωΐου.

---

1 ‚Sub ipsa initia imperii hanc statuam erectam existimat Dttb. (117 aut 118), cum propter Plutarchi aetatem (not. 3) tum quia nullae hic sunt beneficiorum praedicationes, nullae extraordinariae laudes, quales in titulo eiusdem imperatoris Graecorum amantissimi item Delphis eruto n. 835 *A* leguntur.' Cui opinioni favet quod a. 120 Euseb. chron. a. Abrah. 2135 [Hieronym. a. 119] tradit: Πλούταρχος Χαιρωνεὺς φιλόσοφος ἐπιτροπεύειν Ἑλλάδος ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος κατεστάθη γηραιός. Anno igitur 119/20 ἐπίτροπος Ἀχαΐας factus Plutarchus animo grato statuae ab Amphictyonibus dedicandae ope-

Δ*B.* Statua ab urbe Delphorum posita. Basis calcaria ante periboli introitum (in ἀγορᾷ Romana de qua cf. Pomtow. Delphica III p. 5), cui postea statua Constantini II imposita est (in latere sinistro exstat tit 903 *C*). Verba tria πόλις τῶν Δελφῶν ed. Homolle Bull. Hell. XX 1896, 724; cf. Keramopullos ibid. XXXV 1911, 496. Exscripsi.

Αὐτοκράτορα Καίσαρα, θε|οῦ Τραϊανοῦ Δακικοῦ Παρ|θικοῦ υἱόν, θεοῦ
5 Νέρβα | υἱωνόν, Τραϊανὸν Ἁδρια|νὸν Σεβαστὸν ἁ πόλις | τῶν Δελφῶν[5].

---

ram navasse videtur. Cf. etiam not. 5. **2** De epimeletis Amphictyonum cf. n. 791[4], 813 nott. 6 et 11, 823[2]. 825[3]. ‚Cura huius statuae ponendae ab Amphictyonibus sacerdoti Delpho mandatur, quia is semper illic commoratur.‘

3 ‚Mireris hominem nobilissimum Chaeronensem hic inter Delphos recenseri et eo sacerdotio fungi, quod nemini nisi illius urbis civi patebat. At quod per omnes aetates in Graecia valuit, ut qui alicuius reipublicae civitatem nancisceretur propterea non amitteret quam habebat, id cum antiquioribus saeculis sane nullam nisi honoris vim habuisset, principatus Romani temporibus haud raro eo pertinuit, ut promiscue in compluribus civitatibus summis honoribus et sacerdotiis fungeretur idem homo; sic M. Ulpium Gratum archonta, M. Ulpium Sopatrum epimeletam invenimus et Anticyrae (IG IX 1, n. $6_{12.\,15}$. 8_1) et Tithronii ($224_{8.\,9}$), M. Ulpius Danasippus Anticyrae et Amphicliae summum magistratum gessit (ibid. 8_5, 218_2), Flavia Lanica Chaeronensis, quod exemplum proxime accedit ad huius Plutarchei similitudinem, et in patria et in Phocide nobilissimis sacerdotiis functa est (IG VII 3426. IX 1, n. 147). **4** Hic quin notissimus rerum scriptor sit, dubium non esse iure meritoque existimat Pw. Etenim ipse se Apollinis Pythii sacerdotem Delphis per multos annos fuisse fatetur (An seni sit ger. resp. 17 p. 792 F: καὶ μὴν οἶσθά με τῷ Πυθίῳ λειτουργοῦντα πολλὰς Πυθιάδας· ἀλλ' οὐκ ἂν εἴποις· ‚ἱκανά σοι, ὦ Πλούταρχε, τέθυται καὶ πεπόμπευται καὶ κεχόρευται, νῦν δὲ ὥρα πρεσβύτερον ὄντα τὸν στέφανον ἀποθέσθαι καὶ τὸ χρηστήριον ἀπολιπεῖν διὰ τὸ γῆρας‘).‘ Dttb. Cf. Delph. Chron. R-E IV 2671. ‚Nomen gentile Μέστριος confirmat hanc sententiam, siquidem Mestrius Florus consularis amicissimus fuit Plutarcho, a quo nomen eum cum civitate donaretur accepisse eo certius est, quia Mestrii inter Plutarchi posteros occurrunt (n. 844_1). Neque temporum rationes quicquam habent difficultatis; nam sive Plutarchus fere a. 45 natus erat, ut Pw. admodum probabiliter statuit, sive etiam aliquot annis maior, utique nondum octogenarius fuit cum hic titulus incideretur (not. 1). Atqui usque ad senectutem se in sacerdotio permansisse ac ne tum quidem se eo abdicare in animo habuisse ipse testatur.‘ Dttb. De Plutarcho cf. n. 843 sq.

5 Titulus praecedenti (*A*) simillimus haud dubie ad eundem annum pertinet (cf. not. 1), sc. ad initia imperii Hadriani. Accedit quod Delphi tales honores imperatorum novorum quam maxime properabant, — cf. n. 801 *A*[1], 808[3], 809[1] necnon 791[1] —, et quod Hadrianus iam a. 118 complures epistolas benignas ad Delphos dederat, de quibus cf. Bourguet De reb. Delph. 72 sqq. Itaque fallitur Keramopullus qui omnes statuas Delphicas

(quattuor) eidem anno adscribere vult; veri enim dissimillimum est, bis binas statuas eodem tempore ab Amphictyonibus (n. 829 *A*, 835 *B*) et Delphis (n. 829 *B*, 835 *B*) esse decretas.

Δ830. Decretum demiurgorum Delphicorum archonte Hadriano (τὸ α'), a. 118—120. In pila altissima Eumenis ab Amphictyonibus erecta, n. 630. Ed. Bourguet De reb. Delph. 43, qui lapidem falso ad antam templi rettulit p. 23 not. 5. (*Pro*,

θεός. τύχᾳ ἀγαθᾷ. | μηνὶ Ποιτροπίῳ γ', ἐν ἐννόμῳ | δαμιουργίῳ, ἔδοξεν
5 τοῖς | δαμιουργοῖς[1]· Γ. Ἰουλίῳ Πούδεν|τι φρουμενταρίῳ[2] λεγιώνης[3]
πρώ|της Ἰταλικῆς στρατιώτῃ ἐπὶ τῶν | ἔργων[4] ὄντι τῶν κατασκευαζο-
μέ[ν]ων ὑπὸ τοῦ κυρίου Καίσαρος Τρα[ϊαν]οῦ Ἁδριανοῦ Σεβαστοῦ,
10 καλῶς | [καὶ] αἰδημόνως[5] ἐπιδημοῦντι, δο[ῦ]ναι πολειτείαν. | [ἄ]ρχοντος
Αὐτοκράτορος Καίσαρος Τρα|ϊανοῦ Ἁδριανοῦ[6] Σεβαστοῦ.

---

1 De demiurgis fusius exposuit B.; cf. etiam alterum eorundem decretum n. 901. 2 ‚Iamdudum constat inter imperatores praesertim Hadrianum in provinciis omnia *per frumentarios explorasse*', B. 3 λεγιών[ο]ς corr. B. 4 Recte interpretatur B., hic aedificia novi Pylaeae suburbii designari, quibus exaedificandis Hadrianum operam dedisse e Plutarchi verbis de Pyth. or. 29 conclusi Beitr. Top. Delph. 75: .. καὶ τοῖς Δελφοῖς ἡ Πυλαία συνηβᾷ .., διὰ τὰς ἐντεῦθεν εὐπορίας σχῆμα λαμβάνουσα καὶ μορφὴν καὶ κόσμον ἱερῶν καὶ συνεδρίων καὶ ὑδάτων, οἷον ἐν χιλίοις ἔτεσι τοῖς πρότερον οὐκ ἔλαβεν. καίτοι φιλῶ μὲν ἐμαυτόν .. (vide n. 825 *B* not. 2), φιλῶ δὲ τὸν καθηγεμόνα ταύτης τῆς πολιτείας (not. 6) γενόμενον ἡμῖν καὶ τὰ πλεῖστα τούτων ἐκφροντίζοντα καὶ παρασκευάζοντα. Quod confirmatur epistula Delphorum ap. Bourg. ll. 85$_{\Pi}$, in qua a. 125 Hadrianum appellant .. καὶ ὤρθωκας τὴν πόλιν. 5 ‚Ioco satis elaborato vox in hoc genere decretorum admodum inusitata αἰδημόνως *Pudenti* adhibita est, B.' 6 Quid in verbis Plutarchi modo citatis sibi velit ille καθηγεμὼν ταύτης τῆς πολιτείας γενόμενος ἡμῖν, nunc demum assequor: manifesto idem valet atque ὁ ἄρχων ταύτης τῆς πόλεως, sc. Hadrianus ipse intellegendus, cuius de magistratu hic tit. nos edocuit. Annum huius archontis Homolle (Bull. Hell. XX 1896, 723) et Colin (Fouill. III 2, n. 102 p. 112) eundem sumpserunt, quo imperator primum Delphos visitavit, sc. a. 125, — sed qui reputaverit Titum statim post initum imperium a. 79 archonta esse factum (n. 817[2]), item Domitianum a. 85/90 Athenis necnon Ael. Hadrianum iam a. 112/3 hoc munere Athenis esse functum, quamquam nullus ex his tum eas urbes adierat, magna cum probabilitate initia imperii praeferet, sc. a. 118—120. Sic etiam aliis de causis B. (l.l. 32), nempe quia imperator — ut testatur maior epistularum eius pars — tum Delphicis rebus multum operae navavit. Quod cadit etiam in alterum Hadriani magistratum n. 836, quem iidem vv. dd. ad alterum iter Delphicum (sc. a. 129) detrudere student, cum B. et nos unum annum 125 in censum venire contendamus; quo Fl.

Aristotimus Delphus statuam imperatoris ab Amphictyonibus et Delphis decretam dedicavit (n. 835 *B*) et paucis mensibus post legatus Hadrianum in villa Tiburtina adiit; cf. n. 835[5].

---

831. Hadriani ad Pergamenos epistula, a. 117. Pergami prope Traianeum. Edd. Fraenkel Inschr. Perg. 274 (Syll.[2] 384; Lafoscade De epist. 10, 17; IG Rom. IV 349). Cf. Weber Hadrian 59. [*Hi*]

ἀγαθῆι τύχηι. | Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ, θεοῦ | Τραϊανοῦ Παρθικοῦ υἱός, |
5 θεοῦ Νερούα υἱωνός, | Τραϊανὸς Ἁδριανὸς Σεβαστός, | δημαρχικῆς ἐξου-
σίας[1], | συνόδωι τῶν ἐν Περγάμωι | νέων[2] χαίρειν· | ἐπιγνοὺς ἔκ τε
10 τῶν γραμμά|των καὶ διὰ τοῦ πρεσβεύον|τος Κλαυδίου Κύρου τὴν
χα|ρὰν ὅσης ἐφ' ἡμεῖν[3] ὡμολογεῖ|τε μετειληφέναι ἡγούμην | σημεῖα
15 ἀγαθῶν ἀνδρῶν | τὰ τοιαῦτα εἶναι. | εὐτυχεῖτε. | πρὸ | γ' ἰδῶν
20 Νοεμβρ(ίων) | ἀπὸ Ἰουλιο|πόλεως[4]. | Κλαύδιος Κῦρος ἀπέδωκα |
τοῖς περὶ Οὐλπιον[5] Ἀσκληπιά|δην γραμματεῦσι τῶν νέων. | ἐπὶ γραμμα-
25 τέων[6] Μ. Οὐλπίου | Ἀσκληπιάδου Λουπιανοῦ, | Φλαουίου Σεκούνδου, |
Ἄλυος τοῦ Ἄλυος Κελεριανοῦ[7].

Versus 17—20 in sinistro margine inter v. 16 et 21 additi sunt minoribus litteris et obliqua positura. 1 Primam tribuniciam potestatem intellegendam esse veri simile ac paene certum est, quia iterationis numerus, ut in nummis constanter, in inscriptionibus honorariis haud raro omittitur, ita in ipsius Hadriani epistulis praeterea ubique additus invenitur. Dürr Reisen des K. Hadrian 17. Datae igitur sunt hae litterae a. d. III id. Nov. 117. 2 Eiusmodi collegia adulescentium, quibus respondebant γερουσίαι civium aetate provectiorum, in Asiae potissimum civitatibus Graecis occurrunt. Quibus annorum terminis haec aetas contineatur, non constat, etsi maiores fuisse natu νέους quam ἐφήβους ex titulo n. 959 collegeris, ubi παῖδες, ἔφηβοι, νέοι hoc ordine se excipiunt. Cf. Poland Vereinswesen 93. 3 I.e. de principatu ad nos delato. Nam cum Hadrianus a. d. III id. Aug. a. 117 Antiochiae ad Orontem imperium obtinuerit, tribus mensibus post (not. 1) eum ex itinere ad litteras gratulatorias adulescentium Pergamenorum respondere non improbabile est.

4 Iuliopolis antea Γορδίου κώμη ad viam qua Nicomedia Ancyram itur. Weber. Hadrianus in itinere ex Syria ad Danuvium ad incursiones Roxolanorum arcendas suscepto eo pervenerat. 5 Idem, qui infra primo loco inter scribas recensetur. 6 Haec indicant quo magistratu epistula lapidi incisa sit. 7 Cognomen Halyis, non quarti scribae nomen. Nam etiam I. Perg. 440_{21}, Traiano imperatore, tres sunt scribae.

---

832. Hadriani epistula ad Astypalaeenses, a. 118. Astypalaeae in pariete ecclesiae Παναγίας τοῦ Πέτρου. Ed. Legrand Bull. Hell. XV 1891, 630, 2 (Syll.[2] 385; IG XII 3, 176; Lafoscade Epist. imp. 11, 19). [*Hi*]

Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ, θεοῦ Τραϊανοῦ Παρθικ[οῦ] | υἱός, θεοῦ Νερούα υἱωνός, Τραϊανὸς Ἁδριανὸς | Σεβαστός, ἀρχιερεὺς μέγιστος, δημαρχι-
5 κῆς | ἐξουσίας, ὕπατος τὸ β΄ 1, Ἀσστυπαλαιέων | ἄρχουσι καὶ τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ χαίρειν· | ἐντυχὼν ὑμῶν τῷ ψηφίσματι, ὅτι μὲν ἀπο|ρεῖν φατε καὶ οὐ δύνασθαι τελεῖν τὸ ἐπαγγελ|τικὸν ἀργύριον2 ἐμάνθανον· οὐ μὴν ὁπό|σον τε τοῦτο οὐδὲ ἐκ πότε φέρειν αὐτὸ ἤρξασ[θε..]

Astypalaeensibus Traianum libertatem a Flaviis ademptam reddidisse epistula docet ab Hadriano a. 117 scripta IG XII 3, 175, a Domaszewskio ap. Weberum Hadr. 69 suppleta: [καὶ πα]ρὰ τοῦ πρεσβευτοῦ ὑμῶν Πε[τρωνίου τοῦ Ἡράκω]ντος καὶ ἐκ τοῦ ψηφίσματ[ος ὑμῶν ἔμαθον] ὅπως ἤσθητε διαδεξαμένη[ου ἐμοῦ τὴν πατ]ρῴαν ἀρχήν, ἐπαινέσας δ[ὲ ὑμᾶς εἰ ἀληθ]ῶς τὴν ἐλευθερίαν ὑ[μῖν ὁ πατήρ μου ἔδωκεν, αὐτὴν κατακυρώσας. 1 Alterum consulatum Hadrianus gessit a. 118, tertium proximo. Illius anni igitur haec est epistula; in tribunicia potestate numerus iterationem indicans neglegentia omissus. Nam altera item a calendis Ianuariis a. 118 initium capit, ut prima nullo modo cum secundo consulatu conveniat. 2 Donum est a libera republica sponte sua imperatori oblatum, plerumque στέφανος sive *aurum coronarium* appellatum; cf. vitam Hadriani 6: *aurum coronarium Italiae remisit, in provinciis minuit.* Morem iam apud Ptolemaeos in Aegypto fuisse demonstravit Wilcken Ostraka I 295. Attulit v. Domaszewski ap. Weberum l.l. 69. 70.

833. Hadriani ad Ephesios epistula a. 120. Ephesi in theatro; nunc Londini. Edd. * Waddington Fastes prov. Asiat. 191, 125; Hicks I. Brit. Mus. III, CCCCLXXXVI (Syll.² 386; Lafoscade Epist. 13, 23). [*Hi*]

[Αὐτοκράτωρ] Κα[ῖ]σαρ, θεοῦ Τραϊ(α)νοῦ Παρθικοῦ υἱός, | [θεοῦ Νερούα υ]ἱωνός, Τραϊανὸς Ἁδριανὸς Σεβαστός, | [ἀρχιερεὺς μ]έγιστος, δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ δ΄ 1, | [ὕπατος τ]ὸ γ΄ 2, Ἐφεσίων τῆι γερουσίαι
5 χαίρειν· | [Μέττιος] Μόδεστος3 ὁ κράτιστος εὖ ἐποίησεν τὰ δίκ|[αια ὑμῖν κατα]νείμας ἐν τῆι κρίσει· ἐπεὶ δὲ πολλοὺς ἐδηλ[ώσατε] | σφ[ετερί]ζεσθαι χρήματα ὑμέτερα, οὐσίας τῶν δεδανισ[μέ]νω[ν κ]ατέχοντας, οὐ φάσκοντας δὲ κληρονομεῖν4, τοὺς [δὲ]5 | καὶ [αὐ]τοὺς χρεώστας

1 Ab a. d. IV idus Dec. 119 ad eundem diem 120. Haec igitur epistula sub finem m. Sept. 120 data est. 2 Cf. 837². 3 Cf. Prosop. imp. Rom. II 373, 404. Praetor fuit Domitiani principatu (Plin. epist. I 5, ōsqq.), legatus Augusti p.p. provinciae Lyciae item Domitiano imperante etiamtum, ut quidem videtur (CIG 4279$_{2.3}$), consul sub Traiano anno incerto, proconsul Asiae aut extremis Traiani aut primis Hadriani annis. Neque enim multum temporis inter Mettii Modesti et Cornelii Prisci proconsulatus elapsum esse ex huius tituli argumento apparet. Wadd. p. 190.

4 Qui pecunias mutuas sumpserant a gerusia, eorum res familiaris cum illi solvendo non essent ad gerusiam pervenire debebat. At debitoribus

10 ὄντας, πέπομφα ὑμῶν τὸ ἀντ[ίγραφον] | τοῦ ψηφίσματος Κορνηλίωι Πρείσκωι τῶι κρατίστωι | ἀνθυπάτωι, ἵνα εἴ τι τοιοῦτον εἴη ἐπιλέξη-ταί τινα, | ὃς κρινεῖ τε τἀμφισβητούμενα καὶ εἰσπράξει πάντα | ὅσα ἂν ὀφείληται τῆι γερουσίαι. ὁ πρεσβεύων ἦν | Κασκέλλιος Π[ον]τικός,
15 ὧι τὸ ἐφόδιον δοθήτω, εἴ γε μὴ | προῖκα ὑπέ[σχε]το πρεσβεύσειν. εὐτυχεῖτε. πρ(ὸ) ε΄ κ(αλανδῶν) Ὀκτωβρίων. | [γραμματεύοντος Πο]πλίου Ῥουτειλίου Βάσσου[6].

quibusdam mortuis alii homines bona quaedam eorum tenebant neque tamen se illorum heredes esse fatebantur; nam hoc si fecissent, ipsi se gerusiae debere confessi essent. 5 Post defunctos debitores ii qui ipsi pecuniam a gerusia mutuam acceperant commemorantur. 6 Idem scriba: Forsch. in Ephes. II 161, 38.

△**834. Epistula Plotinae, coniugis Traiani imperatoris, ad Epicureos Athenienses scripta, a. 121 p. Chr.** Athenis: pars superior et latus sinistrum v. 1—18 (*a*) prope horologium Andronici, v. 11—23 pars dextra (*b*) Piraei; nunc in museo nat. Ed. *a* Kumanudes Ἐφ. 1890, 141 (IL III Suppl. 12283; *b* * IG III 49; CIL III Suppl. 14203[15]. Duas partes inter se contiguas ed. Wilhelm Jahresh. II 1899, 270 addita versione germanica et imagine photographica; IG II² 1099. Imaginem praebet Kern Inscr. gr. tab. 44. Cf. Diels Arch. Gesch. Philos. IV 1891, 486. Mommsen Ges. Schr. III 50. [*Ki*]

Πλωτεῖνα σεβαστὴ πᾶσι τοῖς φίλοις χαίρειν. [ἔ]χομεν οὔ τυχεῖν ἐσπεύ-δομεν· συνκεχώ|ρηται γὰρ τῶι διαδόχωι, ὃς ἂν μέλληι τῆς Ἐπικούρου διαδοχῆς ἀφηγεῖσθαι τῆς οὔσης ἐν | Ἀθήναις, καὶ πᾶν τὸ πρὸς τὴν διαδοχὴν ἀν[ῆ]κον οἰκονόμημα[1] Ἑλληνικῆι διαθήκηι δι|ατάσσεσθαι καὶ αἱρεῖσθαι εἴτε Ἕλληνα εἴτε Ῥωμαῖον βούλοιτο τὸν προστατήσοντα τῆς |
5 διαδοχῆς. καλῆς οὖν τῆς ἐξουσίας προσγ[εγ]ενημένης ἧς ἀξίαν χάριν ὀφείλομεν εἰδέ|ναι τῶι ὡς ἀληθῶς εὐεργέτηι καὶ πάσης π[α]ιδείας

Epistulae graecae antecedunt duae epistulae latinae. Altera est rogatio Plotinae lata ad Hadrianum imperatorem de successoribus sectae Epicuri graeco testamento atque iis ex peregrinis quoque substituendis, altera continet permissionem Hadriani de successoribus et ex Graecis et ex Romanis eligendis. Supra epistulam priorem latinam legitur [M. Annio Vero II. Cn. A]rrio Augure co[s]. Hic fuit consul a. 121 p. Chr., Prosop. imp. Rom. I p. 140 nr. 897. Realenc. II 2312_{58}. Titulum suppl. inde a vs. 11. Wilh.

1 De substantivis in -μα terminantibus οἰκονόμημα, θρήσκευμα, συναίσθημα, τήρημα, ἰδίωμα Wilh. monet ob verba tali modo formata Epicurum ipsum a Cleomede castigatum esse; Usener Epic. 89. De v. 19 τὸ τοῦ σεμνώματος τήρημα Wilh. provocat ad epist. Epicuri ad Herodotum scriptam 77 Usener p. 28 πᾶν τὸ σέμνωμα τηρεῖν.

κοσμητῆι ὄντι καὶ κατὰ τοῦτο σε[βα]σμιω|τάτωι αὐτοκράτορι, ἐμοὶ δὲ προσφιλεστάτω[ι] κατὰ πάντα καὶ ὡς διαφέροντι κυρίωι καὶ ὡ[ς ἀ]γαθῶι | τέκνωι, κατάλληλον ὑπάρχει ἕκαστον τῶν πεπιστευμένων τὴν κρίσιν τῆς προστατείας τὸν ἄ|ριστον αἰεὶ ἐκ τῶν ὁμοδόξων πειρᾶσθαι
10 ἀντικαθιστάνειν εἰς τὸν ἑαυτοῦ τόπον καὶ πλεῖον | νέμειν τῆι τῶν ὅλων ὄψει ἢ τῆι ἰδίαι [πρ]ός τινας συνηθεί[αι]. ἐμοὶ μὲν οὖν ἤρεσκε μηδὲ [ἀγα]π[ᾶν τι]]νας μᾶλλον τῶν διαφέρειν δοξάντων κατὰ τὴν δύναμιν τῶν λό[γ]ω[ν[2] τ]ῶν [ἡμ]ετέρων καὶ κατὰ | τὸ ἀκόλουθον ἐν τῆι κατὰ τὴν διάθεσ[ιν τ]ῶν [ἠθ]ῶν ὑπεροχῇ[3]. εἰ δ' ἄρα τοῦτο μὴ γείνοιτο, οὐ παρὰ | τὴν ἰδίαν τοῦ πράγματος φύσιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἡμῶν αὐτῶν ἀσθένειαν ἢ διά τινα ἄλλην τυχικὴν | ἐμπόδισιν, τό γε τὸν ὑπὲρ τοῦ
15 κοινοῦ θρησκεύματος βουλευόμενον καθήκειν οἴομαι [σ]το|χάζεσθαι τοῦ ἀρέσοντος [κοιν]ῆι πᾶσιν καὶ μὴ τοῦ ἰδίαι ἑαυτῶι. μὰ τὸν Δία δὲ οὐδὲ νομίζω | τὸν ἀντιλαβόμενον [τῆς] ὠφελίας τῆς ἐκ τῶν λόγων περιγεγενημένης αὐτῶι καὶ χά[ριν ἔχ]οντα τῶι τοιο[ύτωι συ]ναισθήματι αὐτοῦ παρὰ τὸ ἐπιλογισμῶι χρῆσθαι τῶι μὴ ἐάσον[τι αὐτὸν] παρεξεν[εγκεῖν τ]ὸ μέγεθος τῆς δωρεᾶς μὴ οὐχὶ οὕτως διατεθήσεσθαι ὥστε καὶ | -- τὸ
20 τοῦ σεμνώματος τήρημα τοῦ τόπου ἐκείνου, ὃς περιέχει τὰ | -- καὶ τὴν γνώμην δὲ τὴν ὑπὲρ τῆς καθηγεμονίας[4] τοῦ σωτῆρος[5] ηῃ. | [-- πρώτου?] κυρίου καθεσταμένου τῆς σχολῆς ὄντων κατ' ἐκεῖνον [τὸν καιρὸν? .. | -- Ἐπικ]ούρωι κατὰ τἄλλα ἰδιώματα οὐ κατὰ τὴν ὑπεροχή[ν -- | --]μένου ἑτέρων τε πλειόνων κ--

2 Cf. Alex. apud Athen. XIII 610 *e* τοὺς τὰς τῶν λόγων δυνάμεις παραδιδόντας τοῖς νέοις ἐς κόρακας ἐρρίφασιν ἐκ τῆς Ἀττικῆς. Wilh. 3 Cf. IG III 769 διά τε τὴν ἐν τῷ ἐπιτηδεύματι ὑπεροχὴν καὶ τὴν περὶ τὰ ἤθη σεμνότητα. Wilh. 4 Haec vox alias non usurpata videtur pertinere ad scholae principatum. Wilh. 5 Epicurus respici videtur. Wilh.

835 *A* et Δ*B*. **Hadriani statuae Delphicae tertia et quarta, a Graecis (*A*) et per Aristotimum (*B*) positae, a. 125.** [*Pw*]

A. Graeci Plataeas convenientes Hadrianum honorant. Basis marmorea, reperta inter templi peribolum et synedrium Amphictyonicum (cf. Pomtow Beitr. Top. Delph. 93, n. 49). Edd. Wescher-Foucart n. 468 (Syll.² 383). Cf. Pomtow Jahrbb. Phil. 1889, 552.

Αὐτοκράτορι Ἁδριανῷ σωτῆρι[1], | ῥυσαμένῳ καὶ θρέψαντι τὴν | ἑαυτοῦ
5 Ἑλλάδα, οἱ ἐς Πλαται|ὰς συνιόντες Ἕλληνες[2] χαρι|στήριον ἀνέθηκαν.

1 Ad a. 125 rettuli l.l. (quod nunc comprobatur titulo *B*). ‚Nam quae hic imperatoris erga Graecos merita praedicantur, ut sunt solitis principum laudibus etiam grandiora et uberiora, tum demum scripta existima-

Δ*B*. Statua ab Aristotimo sacerdote ex decreto Amphictyonum et Delphorum dedicata. Basis calcaria in fano Minervae Pronaeae ante medium templum Doricum τῶν ἐναγῶν. Ed. Keramopullos Bull. Hell. XXXV 1911, 492 et XXXVI 494. Frustulum infimum a. 1887 exscripserant Pomtow in sched. IG VIII 329 et Nikitsky Delph. epigr. Stud. tab. VIII, fig. LXXI.

5 [Αὐτοκράτορ]α Κ̣α̣[ίσ]αρα θεο[ῦ | Τραϊανοῦ] Παρθικοῦ υἱόν, | [θε]ο[ῦ] Νέρβα υἱωνόν, Τρα[ϊαν]ὸν Ἁδριανὸν Σεβασ‹[τό]ν, ἀρχιερέα μέγιστον,
10 δη[μαρ]χικῆς ἐξουσίας τὸ ‹ | ἔνατο[ν]³, ὕπατον τὸ τρί‹|τον⁴, ὁ ἱερε[ὺ]ς τοῦ Πυθίου | Ἀπόλλωνος Τίτος Φλά|βιος Ἀριστότειμος⁵ δό‹|γματι Ἀμφι[κ]τυόνω[ν]⁶ καὶ ‹|Δελφῶν.

verim cum ille terram quam in deliciis habebat ipse adiisset; ex altera parte post annum 129 vix omissum esset cognomen Olympii.' Dttb. De priore Hadriani itinere Graeco a. 125 cf. Dürr Reis. d. Kais. Hadr. 57 et 70. 2 Cf. Plut. Arist. 19: ταύτην τὴν μάχην ἐμαχέσαντο τῇ τετράδι τοῦ Βοηδρομιῶνος ἱσταμένου κατ' Ἀθηναίους, κατὰ δὲ Βοιωτοὺς τετράδι τοῦ Πανέμου φθίνοντος, ᾗ καὶ νῦν ἔτι τὸ Ἑλληνικὸν ἐν Πλαταιαῖς ἀθροίζεται συνέδριον καὶ θύουσι τῷ Ἐλευθερίῳ Διὶ Πλαταιεῖς ὑπὲρ τῆς νίκης. Item tit. 854⁷ = Syll.² 393 (IG VII 2509): τὸ κοινὸν συνέδριον τῶν Ἑλλήνων τῶν εἰς Πλατηὰς | συνιόντων Τι. Κλαύδιον Ἀττικὸν Μαραθώνιον (patrem Herodis Attici), τὸν | ἀρχιερέα τῶν Σεβαστῶν, διατελοῦς ἀρετῆς ἕνεκεν, | [ἧς ἔχων] διατελεῖ. Initio igitur m. Septembris a. 125, brevi postquam Hadrianus illas regiones reliquit, haec statua decreta est. Ex Graecia redux eodem Septembri epistulam ad Delphos dat, cf. not. 5.

3 Tribunicia potest. IX functus est a die X. m. Decembr. 124, ad d. IX. Dec. 125. 4 Consul III fuerat a. 119. 5 Cf. quae de Aristotimo (senatore a. 121) congesserunt K. l.l. et Bourguet De reb. Delph. 17. 34. 83. 85. Eodem m. Septembri a. 125, quo ille hanc statuam Delphis posuit, legatus a Delphis ad Hadrianum missus ex villa Tiburtina epistulam imperatoris reportat, cf. tit. ap. Bourguet. De reb. Delph. 82. Ultra a. 130 sacerdotio est functus, cf. numos Delphicos: Ἀντίνοον ἥρωα πρόπολοι Ἀμφικτύονες, in rev. Ἀριστότιμος ἀνέθηκεν ἱερεύς, sc. statuam Antinoi pulcherrimam, Delphis inventam, cuius protome in his numis est cusa (Bull. Hell. XX 1896, 41 n. 70/71 cum tab. XXVIII 15). [Nuperrime in exemplari Austriaco rectius legisse videtur Blum, ibid. XXXVII 1913, 323 cum tab.: οἱ Ἀμφικ(τύονες) Ἀντίνοον ἥρωα προπύλαιον]. 6 De Amphictyonia Hadrianus optime erat meritus, quia Thessalorum suffragia diminuerat; cf. alteram imperatoris epistulam huius ipsius anni 125 ap. Bourg. l.l. 78. Grato igitur animo Amphictyones et Delphi de hac altera statua decrevere (cf. n. 829 *A* et *B*), cuius quidem sumptus Aristotimus de suo numerasse videtur.

Δ **836. Hadrianus archon Delphorum τὸ β', a. 125.** In latere meridionali thesauri Attici, in ordine lapidum nono (supra euthynteriam). Ed. Homolle Bull. Hell. XX 1896, 723 (Colin Fouill. III 2, n. 102 cum tab. VIII 4). [*Pro*]

θεός. τύχᾳ ἀ[γ]αθᾷ. ἐν Δελφοῖς.
ἄρχοντος Αὐτοκράτορος Καίσαρος Ἁδριανοῦ τὸ β̄[1], | μηνὸς Ἀπελλαίου ζ̄, ἐν ἐννόμῳ ἐκκλησίᾳ, εἰσηγη[σα]||μένου Κτήσωνος τοῦ Σωτη-
5 ρου[2] καὶ εἰπόντος· ,Π. Κα|τίλλιος Μάκερ Νικαιεύς, ἀνὴρ ἤθει καὶ παιδείᾳ διαφέ|ρων, ἀναστρεφόμενος πολλοῖς ἤδη χρόνοις | παρ' ἡμεῖν, δείγματα δέδωκεν καὶ καθ' ἕνα καὶ κο[ι]|νῇ πᾶσιν ἡμῖν τῆς τε πρὸς τὸν Πύθιον εὐσεβεία[ς] | καὶ τῆς πρὸς τὴν πόλιν ἡμῶν εὐνοίας· διό
10 καλῶς | ἔχειν ἡγοῦμαι ἄνδρα τοιοῦτον εἶναι πολείτην ἡ|μέτερον·' ἐπαινεθέντος τοῦ ἀνδρὸς ὑπὸ τοῦ | δήμου, καὶ μαρτυρηθέντος ἐπὶ τούτοις, ἔδο|ξε τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ, Πο. Κατίλλιον Μάκερα | εἶναι πολείτην
15 καὶ βουλευτήν· δεδόσθαι τε αὐτῷ | καὶ τὰς ἄλλας τειμὰς αἳ τοῖς καλοῖς κἀγαθοῖς ἀνδρά[σιν] | δίδονται. καὶ ἔδοξεν ἀνα|γραφῆναι τὴν πολειτείαν, | [β]ουλευόντων Σωτήρου τοῦ | [Σ]ωτήρου καὶ Τιβ. Ἰουλίου Ὕλα[3].

1 Hunc alterum magistratum — de priore cf. n. 830[6] — Hom. et Co. ad a. 129 referunt, quo Hadrianus iterum Graeciam et Delphos visitavit. Sed cum iam a. 125 Delphis versatus duobus statuis (cf. n. 835 *A* et *B*) ibi honoraretur necnon compluribus epistulis ad Delphos datis (n. 835[5. 6]) Amphictyoniam restitueret (n. 835[6]), cum Bourgueto De reb. Delph. 32 eum hoc anno 125/6 denuo archonta factum esse censeam. De itinere Delphico priore cf. etiam Keramopullum Bull. Hell. XXXV 1911, 495. 2 Idem Cteso rogator decreti alterius eadem contione appellatur in tit. Fouill. III 2, n. 103. Archon est ibid. n. 104. 3 Fortasse non diversus ab illo grammatico Hyla, qui ap. Plut. qu. conv. V 8 et 9 satis pueriliter deridetur. Quamquam ibi Atheniensis audit (Bourg. l.l. 32), tamen ei hoc senatoris munus honoris causa a Delphis tribui potuit.

837. Hadriani ad Stratonicenses epistula a. 127. *Jamurlij* in Caïci valle e regione oppidi *Kirk-Agatsch*. Edd. Radet Bull. Hell. XI 1887, 109, I (Syll.[2] 387; Lafoscade Epist. 13, 23); cf. Schuchhardt Ath. Mitt. XXIV 1899, 220, 50, qui a. 1886 viderat; CIL III Suppl. 7003; Levy Rev. ét. gr. VIII 1895, 215; Weber Hadrian 136. [*Hi*]

Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ, θεοῦ Τραϊαν[οῦ] | Παρθικοῦ υἱός, θεοῦ Νερούα υἱωνό[ς], | Τραϊανὸς Ἁδριανὸς Σεβαστός, ἀρ[χιε]||ρεὺς μέγιστος, δημαρ-
5 χικῆς ἐξο[υσί]||ας τ(ὸ) ιά[1], ὕπατος τ(ὸ) γ', Ἁδριανοπ[ο]||λειτῶν Στρατονεικέ[ω]ν[2] τοῖς ἄρχ[ου]||σι καὶ τῆι βουλῆι καὶ τῶι δήμωι χαίρει[ν]· |

1 10. XII 126—9. XII 127. 2 Stratoniceam non notum Cariae oppidum intellegendum, sed aliud multo ignobilius in Lydia ad Caïcum flumen situm, cuius res nummi docent. Fuerat locus obscurus (Ἰνδει. Ἰνδι. Πεδιατῶν); Eumenes II rex et Stratonice uxor urbem condiderant Stratoniceam (βα. Εὐ. et Στρα. in cistophoris c.a. 186; cf. Radet La Lydie 307; noli igitur de Seleucidarum Stratonicis cogitare!). Hadrianus ut κτιστής in nummis est;

δίκαια ἀξιοῦν μοι δοκεῖτε καὶ ἀναγκαῖα ἄ[ρ]τι γεινομένῃ πόλει[3]·
10 τά τε οὖν τέλη τὰ ἐ[κ] | τῆς χώρας[4] δίδωμι ὑμεῖν, καὶ τὴν οἰκίαν
Τι[β.] | Κλαυδίου Σωκράτους τὴν οὖσαν ἐν τῆι [πό]λει[5] ἢ ἐπισκευ-
αζέτω Σωκράτης ἢ ἀποδό[σ]θω[6] τινὶ τῶν ἐπιχωρίων, ὡς μὴ χρόνωι
15 [καὶ | ἀ]μελίαι[7] καταριφθείη. ταῦτα ἐπέστειλα καὶ [τῶι | κρ]ατίστωι
ἀνθυπάτωι Στερτινίωι Κουαρ[τίνωι[8]] | καὶ τῶι ἐπιτρόπωι μου [Πο]μ-
πηΐωι Σεου[ήρωι]. | ἐπρέσβευσεν Κλ. Κάνδιδος, ᾧ τὸ ἐφόδι[ον] | δο-
θήτω, εἰ μὴ προῖκα ὑπέσχηται. | εὐτυχεῖτε. καλάνδαις Μαρτίαις ἀπὸ
20 Ῥώ[μ]ης[9]. Κλ. Κάνδιδος ἀπέδωκα τὴν ἐπιστο[λ]ὴν Λολλίῳ Ῥουστικῷ
ἄρχοντι τῇ πρὸ α' ἰδῶ[ν] | Μαΐων ἐν τῇ ἐκκλησίαι.

---

item fluvii deus Κάϊκος, adscriptum nomen Ἀδριανοπολειτῶν Στρατονεικέων. Head HN² 657; cf. Imhoffii aliorum libros a Webero 136[491] laudatos.

3 Fuerat igitur ante Hadrianum collapsa; condendi consilium cepisse videtur praesens imperator, autumno anni 123 p. Chr., cum Pergamo Sardes iter faciens illam regionem attingeret. Rad. 4 Non nova vectigalia imponendi ius Stratonicensibus concessit Hadrianus civibus, sed ea quae ante alio pervenerant ut in suum aerarium redigerent eis permisit. Neque vero alia cogitari possunt ac quae ad id tempus fisco Caesaris pendebantur. Cf. quae de Tiberio narrat Tacitus Ann. II 47: *quantum aerario aut fisco pendebant (Sardiani), in quinquennium remisit.*

5 Domo antiqua neque habitata, quae magis magisque vetustate dilabebatur, fortasse insigni novi oppidi loco sita, urbs foedabatur. Quare ab imperatore Stratonicenses petebant, ut dominum eam aut ipsum reficere aut alii, sed civi, venumdare cogeret. Cui desiderio imperator morem gerit. Dttb. Contra ad eam domum, ubi imperator deverterit, postea in memoriam eius consecratam et Augustorum cultui designatam refert Web. 6 Medium verbi restituit Dttb. 7 Legit Schu., quae desideraverat Dttb. 8 Cum inde a Claudii aetate proconsules medio mense Aprili Roma in provincias profectos esse constet (Waddington Fastes 15), Stertinium a vere 126 ad idem tempus anni insequentis in magistratu fuisse apparet. 9 Quod et haec epistula et duae aliae in eodem lapide incisae, duodeviginti diebus hac antiquiores, Roma datae sunt, eo confirmatur Hadrianum per primos anni 127 menses ibi commoratum esse (Dürr Reisen Hadrian 59).

---

838. Hadriani ad Ephesios epistula, a. 129. Ephesi in Odeo; nunc Londini. Edd. * Hicks I. Brit. Mus. III, CCCCLXXXVII (Syll.² 388; Lafoscade Epist. 14, 26); cf. Weber Hadr. 141. 211[747]. Alterius exemplaris fragmentum ed. Curtius Hermes IV 1870, 181, 2 (Lafoscade l.l.). [*Hi*]

Αὐ[το]κράτωρ Καῖσαρ, θεοῦ [Τραϊανοῦ] | Παρθ[ι]κοῦ υἱός, θεοῦ Νερ[ο]ύα
υ[ἱ]ων[ός], | Τραϊα[ν]ὸς Ἁδριαν[ὸ]ς Σεβασ[τός, ἀρ]χιερεὺ[ς] | μέγισ[το]ς,

5 δημαρχ[ικῆ]ς ἐξουσί[ας τὸ ι]γ´ [1], ὕπατος τὸ γ´ [2], | πατὴ[ρ πατ]ρίδος,
Ἐφ[εσί]ων τοῖς ἄ[ρ]χουσ[ι καὶ τῆι β]ουλῆι χαίρειν· | Λ. Ἔ[ρ]αστος καὶ
πολ[εί]της ὑ[μ]ῶν [ε]ἶναί φ[ησιν κ]αὶ πολλ[άκις] | πλ[εῦσ]αι [3] τ[ὴ]ν θά-
λασ[σαν, καὶ ὅ]σα ἀπὸ τού[του δυν]ατὸς | χρήσιμ[ο]ς γενέσ[θαι τῆι πα-
τρ]ίδι, καὶ τοῦ ἔθν[ους τ]ο[ὺς] ἡγε|μόνας ἀεὶ δι[α]κομ[ίσαι], ἐ[μ]οὶ δὲ
10 δ[ὶς] ἤδη συ[νέπλευ]σεν [4], | τὸ μὲν πρῶτον εἰς Ῥόδον ἀπὸ τῆς Ἐ[φέ]-
σου κο[μιζ]ομέ[νωι [5]], | νῦν δὲ ἀπὸ Ἐλευσεῖνος πρὸς ὑμᾶς ἀφικ[ν]ου-
μέν[ωι, βούλ]εται[ι] | δὲ βουλευτὴς γενέσθαι· κἀγὼ τ[ὴν] μὲν [δοκι]μα-
σία[ν ἐ]φ' ὑμεῖν | ποιοῦμαι, εἰ δὲ μηδὲν ἐνποδὼν [ἐστι καὶ δοκεῖ [6] τῆς
τι]μῆς ἄξ[ι]ος, | τὸ ἀργύριον, ὅσον διδόασιν οἱ βουλεύοντες, [δώσω τῆς
15 ἀρχαι]ρεσίας [ἕ]νεκα. | εὐτυχεῖτε.

Duorum primorum versuum litterae reliquis maiores, apicibus ornatae. 1 10. XII 128—9. XII 129. 2 In lapide ⊥ exstat. Iam anno 119 Hadrianus tertium consul fuit, sed cum postea non amplius gesserit hunc magistratum, tertius consulatus inde ab eo anno in omnibus eius nummis et titulis inscribitur. 3 ΠΛΙΚΑΙ. Em. Dttb. Si ex ΕΥC in exemplo quod quadratario incidendum tradebatur, nihil nisi I.C distincte legi poterat, haec pro IK accepta esse non est mirum. 4 Suppl. Dttb. Ut proconsules Erastus nave sua in Asiam devehere solebat (v. 8. 9), sic ipse imperator per itinerum suorum tempora bis eius opera ac nave usus erat, idque hic commemoratur quo maiore studio Ephesiorum populus illius honorem imperatori gratificetur. 5 Suppl. Wood. Ceterum haec ad annum 125 spectare videntur, quo ab Euphrate in Mysiam, Pergamum, Stratoniceam ad Caïcum (n. 836), Ephesum, inde per insulas in Thraciam transgressus est Hadrianus (Weber p. 278). 6 Suppl. Dttb.; [ἐστὶν αὐτῶι ἀλλ' ἐστὶ τι]μῆς ἄξιος H. et Laf., quia in altero exemplari ω(?) ἀλλ. esset.

839. Hadrianus, a. 129. Ephesi. Ex Cyriaci Anconitani apographo ed. Riemann Bull. Hell. I 1877, 291, 78 (Syll.²389; Weber Hadr. 212). [*H*]

Αὐτοκράτορα Καίσαρα, θεοῦ | Τραϊανοῦ Παρθικοῦ υἱόν, θεοῦ | Νερούα
5 υἱωνόν, Τραϊανὸν Ἁδριανὸν | Σεβαστὸν καὶ Ὀλύμπιον [1], δημαρ|χικῆς
ἐξουσίας τὸ (ι)γ´ [2], ὕπατον | τὸ γ´ [3], πατέρα πατρίδος, | ἡ βουλὴ καὶ ὁ

1 Olympii cognomen Hadrianus gessit inde ab Olympieo Athenis dedicato, quod sane anno 129 (v. not. 2) nondum confectum fuisse Weber p. 210 demonstrat. 2 Emendavit Dttb. τὸ γ´ Cyriacus, quod propter Olympii (not. 1) et patris patriae vocabula ferri non potest. Accedit quod ex titulo 837 scimus, Hadrianum Eleusine, ubi initiatus erat mysteriis, Ephesum navigasse. Quod non statim post legitimum mysteriorum tempus factum esse necesse est; veri anni 129 tribuit Weber 206. Sane inter hoc tempus et a. d. IV id. Decembres, a quo die quartadecima tribunicia

δῆμος ὁ Ἐφεσίων | τὸν ἴδιον κτιστὴν καὶ σωτῆρα, διὰ | τὰς ἀνυπερ-
10 βλήτους δωρεὰς Ἀρτέ|μιδι[4], διδόντα τῇ θεῷ τῶν κληρο|νομιῶν καὶ
βεβληκότων[5] τὰ δίκαια | καὶ τοὺς νόμους αὐτῆς, σειτοπομ[πίας[6] δὲ] |
ἀπ' Αἰγύπτου παρέχοντα, καὶ τοὺς λιμένας | πο[ιήσαν]τα πλωτούς, ἀπο-
15 στρέψαντά τε | καὶ τὸν βλά[πτοντα τοὺς] λιμένας ποταμὸν | Κάϋστρον
διὰ το__[7]

potestas initium cepit, beneficia illa quae v. 8 sqq. enumerantur in Ephesios collata esse non possunt. At ea ne sunt quidem eiusmodi, ut a praesente imperatore profecta esse debuerint. Immo per occasionem adventus civitas statua dedicata omnium, quae usque ad id tempus ab imperatore acceperat, beneficiorum gratias rettulit. 3 Cf. 837[2]. 4 Dativus non a διδόντα pendet, sed a verbo ἀνέθηκεν, quod ex more supplendum est.

5 Quid sibi velit τῶν βεβληκότων ignoro, nisi forte, quod iuris Romani peritis diiudicandum relinquo, de *bonis caducis* hic sermo fuit. Certe aeque perversae vocabulorum sollemnium iuris Romani interpretationes in titulis Graecis haud raro occurrunt. Dttb. Ulpiani fr. XXII 6: *deos heredes instituere non possumus, praeter eos, quos senatus consultis constitutionibusve principum instituere concessum est, sicuti __ Dianam Ephesiam* attulit Weber 213[751].

6 σειτοπομπη__ Cyr. Emendavit Riemann. 7 De Caystri alluvie cf. Strab. XIV 641; Benndorf Ephesos I 20 alias, et iam Herodotum I 10, qui τὰ περὶ Ἴλιον καὶ Τευθρανίην καὶ Ἔφεσόν τε καὶ Μαιάνδρου πεδίον cum Nilo composuit. Idem Hadriani architecti conati esse videntur, quod qui nostro aevo Hermum occidentem versus ἀπέστρεψαν, ne Smyrnae sinum commutaret in lacum. Wiegand Priene 10. 11.

840. L. Minicius Natalis Olympionica, a. 129. Olympiae. Ed. * Dittenberger I. Olymp. 236 (Syll.[2] 390). [*Hi*]

[Λούκιος Μινίκιος] Νατᾶλις[1] στρατηγικὸς Ὀλυμπιάδι σκζ' ἅρματι τελείῳ νεικήσα[ς ἀνέ]θηκεν τὸ ἅρμα· ὕπατος[2], ἀνθύπατος Λιβύης[3].

1 L. Minicius Natalis Quadronius Verus, cum quaestor candidatus Hadriani et simul legatus patris sui proconsulis Africae fuerit, quaestura utique intra annorum 118—124 spatium functus est (cf. Ephem. epigr. I p. 251 sqq. Mommsen Herm. III 46. 138), quod optime quadrat in eum, qui Olympiade 227 (a. 129) praetorius vicit. Prosop. R. II 379, 440. 2 Consulatus et proconsulatus postea additi videntur. Nam στρατηγικὸς — ἀνέθηκεν dici non licuit de eo qui cum monumentum dedicaretur iam consul fuerat. 3 Proconsulatu Africae Minicius post a. 138 functus videtur. Nam in titulis eius omnibus qui integram honorum enumerationem habent, Hadrianus iam Divus vocatur.

841. Euryclis Herclani mortui monumentum Mantiniense, post a. 130. Mantineae in epistylio. Edd. Fougères Bull. Hell. XX 1896, 152, 18 (Syll.[2] 392); IG V 2, 281; cf. Weber Hadr. 185; Wilhelm Beitr. 156. [*Hi*]

Γ. Ἰούλιος Εὐρυκλῆς Ἡρκλανὸς Λ. Οὐιβούλλιος Πεῖος[1] τὴν στοὰν σὺν | ταῖς ἐν αὐτῇ ἐξέδραις[2] τῇ Μαντινέων[3] πόλει καὶ τῷ ἐπιχωρίῳ θεῷ Ἀντινόῳ[4] κατ[ε]σκεύασε διὰ τῶν κληρονόμων[5].

1 Eurycles hic e lapidibus Laconicis notus, λς' ἀπὸ Διοσκούρων, ἀρχιερεὺς διὰ βίου τῶν Σεβαστῶν, a. 115 (ita Kolbe) κηδεμὼν τῆς (Σπάρτης), deinde πατρονόμος, ante a. 130 mortuus. Kolbe IG V 1 p. 307, ubi tituli citantur. Pater C. Iulius Laco II, avus C. Iulius Laco I, cf. ad n. 787/8. 2 Alia eiusdem epistylii frustula ibidem eruta F. ad aediculam Ionicam referenda docuit, quae locum quondam habuerit in substructione marmorea quadrata superstite in angulo fori inter orientem et meridiem spectante; nam et mensuram et opus huius substructionis cum illis fragmentis optime convenire. 3 Mantiniensium oppidum ab Antigono rege anno 222 a. Chr. Antigoneam nomen accepisse idque certe usque ad Traiani principatum tenuisse cum Plutarchus Arati c. 45 narrat, tum confirmant tituli illic eruti in quibus ἁ πόλις τῶν Ἀντιγονέων est; cf. n. 783 (v. 6 ψήφισμα Ἀντιγονέων); IG V 2, 263 (v. 19 ἐν Ἀντιγονείᾳ); ethnicum Ἀντιγονικά (ut saepe Μαντινική fuerat) 266_1. Quamquam Polybius quasi per nefas priscum et tot pugnis clarum Mantineae nomen retinuit. Sed Hadriani beneficio antiquum nomen eam recuperasse refert Pausanias VIII 8, 12: δέκα δὲ ὕστερον γενεαῖς ἐβασίλευσέ τε Ἀδριανὸς καὶ ἀφελὼν Μαντινεῦσι τὸ ὄνομα τὸ ἐκ Μακεδονίας ἐπακτὸν ἀπέδωκεν αὖθις Μαντίνειαν καλεῖσθαί σφισι τὴν πόλιν. Hoc quoque nummorum (Head HN² 450) et inscriptionum testimoniis comprobari demonstravit F. 4 Cf. Pausan. VIII 9, 7: ἐνομίσθη δὲ καὶ Ἀντίνου σφίσιν εἶναι θεός· τῶν δὲ ἐν Μαντινείᾳ νεώτατός ἐστιν ὁ τοῦ Ἀντίνου ναός. -- τιμὰς δὲ ἐν Μαντινείᾳ κατὰ τοιόνδε ἔσχηκε. γένος ἦν ὁ Ἀντίνου ἐκ Βιθυνίου τῆς ὑπὲρ Σαγγαρίου ποταμοῦ· οἱ δὲ Βιθυνιεῖς Ἀρκάδες τέ εἰσι καὶ Μαντινεῖς τὰ ἄνωθεν. τούτων ἕνεκα ὁ βασιλεὺς κατεστήσατο αὐτῷ καὶ ἐν Μαντινείᾳ τιμάς, καὶ τελετή τε κατὰ ἔτος ἕκαστον καὶ ἀγών ἐστιν αὐτῷ διὰ ἔτους πέμπτου. Horum ludorum quinquennalium aliquotiens in titulis mentio fit: n. 892_6, ubi T. Flavius Polybius ἀγωνοθέτης Ἀντινοείων appellatur, et n. 452_5 ἀγωνοθέτην τῶν μεγάλων Ἀντινοείων. Cf. IG V 2 p. 50_{105}. 5 Vides Euryclem Herculanum, cum hoc aedificium exstrueretur, iam mortuum fuisse, sed anno 130, quo Antinous decessit, etiamtum superstitem, siquidem testamento cavit ut illi divinis honoris affecto stoa dedicaretur. F.

842. Donarium Epidaurium, a. 133/4. In Asclepieo Epidauriorum. Ed. Kabbadias Fouilles d'Épidaure I 43, 35, cf. Δελτίον ἀρχ. 1892, 113 sqq. Syll.² 391); IG IV 1052 cum imagine; cf. Weber (et v. Duhn) Hadrian 208. 271. [*Hi*]

ἔτους γ' τῆς καθιερώσεως τοῦ Διό[ς] | τοῦ Ὀλυμπίου[1] καὶ τῆς κτίσεως |

1 Non agi de ignoto aliquo Epidauri fano, sed de nobilissimo quod Athenis erat delubro, evicit Weber. Quod quoniam hunc titulum anni 133/4 esse constat (not. 3), sequitur ut illud Olympium a. 131 (Sept. 130—Sept. 132 Weber) exstructum sit.

τοῦ Πανελληνίου[2], ἔτους δὲ ι΄ τῆς | Τραϊανοῦ Ἀδριανοῦ Καίσαρος ἐπι|-
5 δημίας[3], ἐπὶ ἱερέος τοῦ Ἀσκληπιοῦ | Εὐτύχου) τοῦ)[4] — ὑπὲρ αὐτὸν Λε|-
ωνίδου τοῦ Περιγένους — Στέφανος | Εὐτύχου πυροφορήσας[5] Ἀσκλη-
πιοῦ | καὶ Ἠπιόνης.

2 Concilium splendidissimum omnium Graecarum civitatum ab Hadriano Athenis institutum (Cassius Dio LXIX 16, 2; Philostr. Vit. soph. II 549; Hertzberg Gesch. Griechenl. II 330). Hoc quoque institutum ab a. 131 initium cepisse ex hoc titulo didicimus. 3 Titulus monumenti Hadriani IG IV 1406 est hic: [Αὐτοκράτορα] | Καίσαρα, θεοῦ [Τρα]ϊανοῦ Παρθικοῦ υἱ[όν],| θεοῦ Νερούα υἱωνόν, | Ἀδριανὸν Σεβαστόν, | ἀρχιερέα μέγιστον, δημαρ|χικῆς ἐξουσίας τὸ η΄, ὕπα|τον τὸ γ΄, ἡ πόλις τὸν ἑαυ|τῆς σωτῆρα καὶ οἰκιστήν. Quem cum octavae tribuniciae potestatis numerus probet anni 124, exeuntis die 9 m. Dec., esse, consentaneumque sit conditoris et servatoris nomine Epidaurios ea beneficia remuneratos esse quae praesens in ipsos contulisset princeps, ab illo anno hanc seriem incipere recte statuit C. Hic igitur lapis a. 133/4 positus est. 4 ‚Cum sacerdos esset Eutychus Eutychi f. Eutychi n., vicarius vero eius (ὁ ὑπὲρ αὐτὸν syntaxi eadem qua Syll.² 841$_{18}$ dicitur προστᾶμεν ὑπὲρ αὐτοὺς pro ὑπὲρ αὐτῶν, cf. n. 437$_{6}$) Leonides Perigenis filius.‘ 5 De hac forma nominis, quae origine et vi a πυρφόρος non discrepat, Epidauriorum propria cf. 995².

843—45. Plutarchus et posteri statuis honorati. [*Pw*]

△ 843. Plutarchi hermae Delphicus (*A*) et Chaeronensis (*B*), c.a. 126 p. Chr.

A. Herma marm. Pentelici, in synedrio Amphictyonico. Edd. Bull. I 1877, 409; denuo Pomtow Beitr. Top. Delph. 77 cum delineatione p. 122 et imagine tituli tab. XIV, 50. Cf. Rud. Hirzel Plutarch (1912) 206.

Distichon.[1]

B. Herma sine capite. Edd. Conze-Michaelis Annal. Instit. XXXIII 1861, 77 (Dittenberger IG VII 3422).

Φιλεῖνος[2] ▵ Πλού|ταρχον[3] ▵ τὸν ▵ εὐ|[ε]ργέτην ▵ θεοῖς ▵ | [ἀ]νέθηκεν ▵

Verba more Romano parvis triangulis seiuncta, cf. n. 710.

844. Autobuli maior (*A*) et minor (*B*), Chaeroneae, saecc. II et III.

1 Δελφοὶ Χαιρωνεῦσιν ὁμοῦ Πλούταρχον ἔθηκαν
τοῖς Ἀμφικτυόνων δόγμασι πειθόμενοι.

Herma videtur statim post mortem Plutarchi positus esse.

2 Philinus amicus Plutarchi innotuit ex Quaest. conv. I 6, 1. 3 Dttb. ‚probabile‘ modo censet, Plutarchum nobilissimum esse intellegendum; sed si Delphis aut Chaeroneae ‚Plutarchus‘ simpliciter scriptus occurrit,

A. Ed. * CIG 1628 (Syll.² 380; LeBas 799; Dittenberger IG VII 3423).

Λ. Μ[έσ]τριον Αὐτόβουλον[4], φιλόσο|φον Πλατωνικόν, Φλάβιος Αὐτό-
βου|λος[5] τὸν πρὸς μητρὸς πάππον.

B. Ed. Meletius Geogr. 341 (Syll.² 381; Boeckh CIG 1627; LeBas 798; IG VII 3425).

Σέξτον Κλαύδιον Αὐτόβουλον[6], ὁμώνυμον τῶι | πατρί, ἕκτον ἀπὸ
Πλουτάρχου[7], ἀρετὴν πᾶσαν | ἐν βίωι καὶ λόγοις ἐπιδειξάμενον ἐν
5 τῆι | [Ἑλλάδι[8]], φιλόσοφον, ἐτῶν [κ]β'[9], ἡ πρὸς μητρὸς | μάμμη Καλ-
λίκλε[ια κα]ὶ οἱ γονεῖς καὶ αἱ ἀδελ|φαὶ τὸν[10] ἥρω[α]. ψη(φίσματι)[11]
β(ουλῆς) δ(ήμου).

845. Nicagoras Atheniensis, Eleusine, c.a. 250. In basi rotunda. Ed. Philios, Ἐφημ. ἀρχ. I, 1883, 20 n. 3 (Syll.² 382).

Νικαγόρας[12] | ὁ τῶν ἱερῶν κῆρυξ[13] καὶ ἐπὶ τῆς καθέδρας | σοφι-
5 στής[14], | Πλουτάρχου[15] καὶ Σέκστου[16] τῶν φιλοσόφων | ἔκγονος.

---

semper clarissimum illum notari demonstrant tit. *A*[1] et 844 *B*₂. Cf. etiam n. 828 de Apollonio. 4 De nomine L. Mestrius cf. n. 829[4]. Plutarcho filius fuit Autobulus, cf. Quaest. conv. IV 3, 1 (666 D); VIII 2, 3 (719 C); sane non is ipse hic designatur, sed, ut litteratura (ΔΑΜΟΠΟΩ) probat, aliquis ex eius posteris. Huius rursus filia nupsit homini nomen Flavium gerenti ex eoque peperit filium qui ab avo materno denominatus est. 5 ‚Exiguae reliquiae basis, quae huius Flavii Autobuli imaginem sustinebat, item Chaeroneae inventae sunt (IG VII 3424). 6 Hunc quoque, ut Flavium Autobulum (tit. 844 *A*), nomen gentile arguit non recta agnatorum linea a Plutarcho descendere. Cave tamen per matrem et aviam maternam Callicliam (v. 5) genus ad nobilissimum scriptorem redire existimaveris. Id enim refellitur patris cui et ipsi Autobulus nomen fuerit (v. 1. 2) mentione.

7 Cum Plutarchus circa a. 45 p. Chr. natus sit (cf. n. 829[4]), Claudii Autobuli natales ab initiis saec. III non multum abesse probabile est; huius igitur tituli origo in tempora a. 220 proxima incidet (cf. not. 3). Suspiceris Autobuli Plutarchi f. (not. 4) neptem matrem fuisse Claudii Autobuli maioris, aviam minoris cuius hoc est monumentum. Neque enim iure Boe. Sextum Chaeronensem (n. 845₄ cum not. 10) huic parentelae inseruisse videtur'.

8 Etiam de [πατρίδι] cogitavi. 9 ‚Annum aetatis in monumento honorario commemorari neutiquam usitatum est; neque aliam vidit Dttb. causam nisi ut admiratio doctrinae et laudis augeatur adulescentiae per quam illam consecutus sit mentione; qua in re duodecim annos parum, triginta duos nimium esse sponte patet.' Sed cum tit. sit sepulcralis, ut certe demonstratur voce ἥρωα, nihil mirum, quod vitae tempus indicatur, neque aetas provectior, sc. annus [λ]β', est abicienda. Rursus quidem tit. est honorarius, haec enim genera tunc confundebantur. 10 τῶν Meletius.

11 ΔΗ Meletius. 12 ‚Cf. Suidas Νικαγόρας, Μνησαίου ῥήτορος, Ἀθηναῖος, σοφιστής. γέγονε δὲ κατὰ Φίλιππον τὸν Καίσαρα (244—249 p. Chr.)· βίους

ἐλλογίμων, περὶ Κλεοπάτρας τῆς ἐν Τρῳάδι, πρεσβευτικὸν πρὸς Φίλιππον τὸν τῶν Ῥωμαίων βασιλέα. Eius filium Minucianum Suidas s.v. Gallieno imperatore (260—268 p. Chr.) floruisse refert. Nicagorae etiam apud Philostratum II 27, 6 p. 620; 33, 4 p. 628 mentio fit ita, ut illa quae apud Suidam est temporis notatio confirmetur. 13 Cf. Philost. Vit. soph. II 33, 4 p. 628: καὶ περὶ Νικαγόρου τοῦ Ἀθηναίου, ὃς καὶ τοῦ Ἐλευσινίου ἱεροῦ κῆρυξ ἐστέφθη. 14 Tenuit igitur Nicagoras τὸν Ἀθήνησι τῶν σοφιστῶν θρόνον, ut loquitur Philostratus (veluti II 27, 4 p. 618). Qui quod de Nicagora hoc ipsum memoriae non prodidit, non est mirandum, quia de illo ut de Philostrato Lemnio et Apsine Phoenice negat se disputaturum esse propter familiaritatem, ne illis contra veritatem gratificatus esse existimetur. 15 Cf. n. 829 *A* cum notis et 843. 16 Sextum Chaeronensem philosophum Platonicum Plutarchi fratris aut sororis filium fuisse constat. Namque ἀδελφιδοῦς illius audit apud Suidam s.v. Σέξτος, quae vox nullam habet ambiguitatem, cum Latinum *nepos*, quo Apuleius Metam. I, 2 utitur minus proprie etiam de fratris aut sororis filio usurpetur. Sane si Sextus recta linea a Plutarcho originem haberet, proprie Nicagoras ab utroque descendere diceretur, cum in illa altera parentelae ratione manifestum sit, eum aut inter Plutarchi aut inter Sexti posteros referendum esse. Sed haec minus accurata necessitudinis significatio, praesertim ubi quispiam nobilibus maioribus gloriatur, haud infrequens est.' Dttb.

△846. Polycratea, Arati progenies, ab Amphictyonibus et Achaeis honoratur. Delphis in columella marm. Pentelici. Edd. Clarke Trav. II ps. III 181 (Boeckh CIG 1718; Le Bas 896); Leake Trav. North. Gr. II 639 n. 13 cum tab. XXIII n. 102; Wescher monum. bil. 166. — Exscripsi a. 1884. [*Pw*]

ἀγαθῇ τύχῃ. | Τιβ. Κλ. Πολυκράτειαν[1], Ναυσικάαν[2] | τὴν κρατίστην καὶ ἀρχιέρειαν τοῦ κοινοῦ | τῶν Ἀχαιῶν, Τιβ. Κλ. Πολυκράτους[3] ἀρχιερέως | καὶ ἑλλαδάρχου[4] διὰ βίου τοῦ κοινοῦ τῶν Ἀχαιῶν, | καὶ Τιβ. Κλ. Διογενείας ἀρχιερείας τοῦ κοινοῦ τῶν | Ἀχαιῶν θυγατέρα, ×××× τὸ κοινὸν τῶν Ἀμφι|κτυόνων καὶ τὸν κοινὸν τῶν Ἀχαιῶν | ××××× ἀρετῆς ××× ἕνεκεν.

---

1 Progenies Arati Sicyonii (cf. not. 3), cuius uxor Polycratea a Livio XXVII 31 commemoratur. In columella haud magna (a. 1,50; diam. 0,40) seu statua exigua seu rectius tantum protome erat collocata. 2 Boe. comparat cognomina mulierum Spartanarum Πηνελόπειαι νέαι (e.g. IG V 1, 607_{23} et saepius in carminibus). 3 Hoc viro Sicyonio una cum Petraeo velut amicissimo Plutarchus utebatur — cf. locum ad n. 825 not. 2 et 830^4 allatum — eique vitam Arati dedicavit, cf. ib. 1 .. ὦ Πολύκρατες .. διὸ κἀγὼ τὸν Ἀράτου τοῦ σοῦ πολίτου καὶ προπάτορος βίον, ὃν οὔτε δόξῃ τῇ περὶ σεαυτὸν οὔτε τῇ δυνάμει καταισχύνεις, ἀπέσταλκά σοι συγγραψάμενος, .. ἀλλ' ὅπως οἱ παῖδές σου Πολυκράτης καὶ Πυθοκλῆς οἰκείοις παραδείγμασιν ἐντρέφωνται, .. ἅπερ αὐτοὺς μιμεῖσθαι προσήκει. Hic Polycrates minor et Pythocles fratres Poly-

crateae fuisse videntur; sed propter scripturam tituli seriorem (?) Polycrates minor vel pater Polycrateae intellegi possit, ut statua demum altera subole post Polycratem maiorem sit posita, i.e. c. a. 180—190. 4 Qui Neronis aetate οἱ ἀρχιερεῖς ἐκ τοῦ κοινοῦ τῆς Ἀχαΐας διὰ βίου vocabantur, postea inde ab Hadriano etiam ἑλλαδάρχαι audiebant, cf. Staehelin R-E VIII 97.

Δ847. Nonnus σκανδαλιστής a Delphis honoratur. In pariete septentrionali thesauri Siphniorum (in orthostata). Ed. Bourguet Fouill. III 1, n. 226 cum tab. Cf. Pomtow Klio XV 33 not. [*Pw*]

[θεὸς Π]ύθιος Ἀπόλλων. | _ ⏑ — ⏑ ι _ [1] Νόννος ὁ καὶ | [Δη]μήτριος Ἀλεξαν|-
5 δρεύς, κοντοπέκτης[2], | σκανδαλιστής[3], καλο|βάτης[4], ἀρέσας Δελφοῖς |
10 ἐγενόμην βουλευτής τε καὶ πολείτης. | μεγάλῃ | τύχῃ Δελ|φῶν.

Textum (fin. saec. II) recepi velut exemplum demutationis morum, cum contopaectae, scandalistae, grallatores vel funambuli ‚et hoc genus omne' summis honoribus a Delphis afficiantur. 1 [ἐγώ] suppl. B., quod brevius est. 2 I.e. κοντοπαίκτης (κοντός ‚*Balanzierstange*'). 3 κανδαλιστής perperam B.; σκανδαλιστής est ‚*Zauberkünstler*'. 4 καλοβάτης plerique interpretantur ‚grallator = *Stelzengänger*', at videas Thesaurum qui s.v. addit: ‚Manetho V 146: καλοβάτης σχοίνων. Per σχοινοβάτης, funambulus, expl. in Gl.' Et cum grallis uti puerorum ludibrium esse videatur, non solum ars Nonni maior, sed etiam veriloquium (ἐτυμολογία) a rudenti illo κάλος s. κάλως probabilius sit (Hi.). Rectius igitur funambulum = *Seiltänzer* intellegamus, qui item κοντῷ illo (not. 1) utebantur. Ceterum noti ἀκροβάται illi Magnesiae (I. Magn. 119. 237) et Ephesi (I. Brit. Mus. III p. 85).

Δ848. Imp. Antoninus Pius archon Delphorum, c.a. 139/42 p. Chr. In latere pilae altissimae Eumenis ab Amphictyonibus dedicatae n. 630. Ed. Bourguet de reb. Delph. 36, qui falso lapidem antae templi esse dicit. [*Pw*]

Initium periit [__ ὅσα τοῖς καλοῖ]ς ἀν[δράσι | δίδοτ]αι ἐπὶ καλοκαγα-
[θίᾳ]. | ἄρχοντος Αὐτοκράτορος Ἀν[τωνεί]νου.

Antoninus Pius quem Delphos non pervenisse constat quia Italia nunquam excedebat, munus archontis ad exemplum Hadriani, patris adoptivi, suscepisse videtur. B. Cf. n. 830 et 836. Magistratum ad primos imperii annos referam, sc. a. 139—142. Epistulam Pii ad Amphictyones et Delphos, permutilam quidem, ed. Bourg. l.l. 89.

---

849. Antonini Pii ad Ephesios epistula, a. 140—144. Ephesi ex proscenio odei, nunc Londini. Edd. * Hicks I. Brit. Mus. III, CCCCLXXXIX (Syll.² 404; Lafoscade Epist. imp. 23, 51). Cf. Chapot Prov. rom. proc. d'Asie 146. [*Hi*]

Αὐτοκρ[άτωρ Καῖσαρ, θεοῦ Ἁδ]ριανοῦ | υἱός, θεο[ῦ Τραϊανοῦ Παρθικοῦ
υἱων]ός, | θεοῦ Νερ[ούα ἔκγονος, Τίτος Αἴλιος Ἁδρι]ανὸς | Ἀντωνεῖν[ος

5 Σεβαστός, ἀρχιερεὺς μέ]γιστος, | δημαρχικῆ[ς ἐξουσίας τὸ .., αὐτο-
κράτωρ τὸ β′], ὕπατος | τὸ γ′[1], πατὴρ πα[τρίδος, Ἐφεσίων τ]οῖς [ἄρ-
χουσι καὶ τῆι] βουλῆι | [καὶ τῶι δή]μωι χαίρ[ειν]· | Περγαμηνο[ὺς[2]
ἀπεδε]ξάμην ἐν τοῖς π[ρὸς ὑμᾶς γ]ράμμασιν | χρησαμένο[υς το]ῖς ὀνό-
10 μ[α]σιν οἷς ἐγὼ χρῆσθαι τὴν πόλιν | τὴν ὑμετέραν [ἀπ]εφ[η]νάμην[3].
οἶμαι δὲ καὶ Σμυρναίους κατὰ | τύχην παραλ[ελ]οιπέναι ταῦτα[4] ἐν τῷ

1 Tertium consulatum Antoninus Pius gessit a. 140, quartum a. 145. Annus ipse ignoratur quia v. 5 tribuniciae potestatis numerus intercidit. 2 Quas Graecarum civitatum rixas et aemulationes Cassius Dio LII 37, 10: τάς τε ἔχθρας αὐτῶν (sc. τῶν δήμων) καὶ τὰς φιλοτιμίας τὰς πρὸς ἀλλήλους παντάπασιν ἐκκόπτειν καὶ μήτε ἐπωνυμίας τινὰς κενὰς μήτ' ἄλλο τι ἐξ οὗ διενεχθήσονταί τισιν ἐφιέναι σφίσι ποιεῖσθαι generatim perstringit, earum nullum est nobilius exemplum quam Ephesiorum, Pergamenorum, Smyrnaeorum contentio de principatu Asiae. Eam iam initio saeculi p. Chr. secundi paene in proverbium abiisse docent Dionis Chrysostomi verba XXXIV 48: καὶ εἴτε Αἰγαῖοι πρὸς ὑμᾶς (i.e. Ταρσέας) εἴτε Ἀπαμεῖς πρὸς Ἀντιοχεῖς εἴτε ἐπὶ τῶν πορρωτέρω Σμυρναῖοι πρὸς Ἐφεσίους ἐρίζουσι, περὶ ὄνου σκιᾶς, φασί, διαφέρονται. τὸ γὰρ προεστάναι τε καὶ κρατεῖν ἄλλων ἐστίν. Vana nomina fuisse, de quibus certassent, cum hoc et Cassio Dione (l.l.) etiam Aristides I p. 790. 791 Dindf. (αἱ ἐπωνυμίαι, αἱ τῶν ὀνομάτων εὐφημίαι) non sine irrisione monet. Ac tamen adeo exarserant studia et simultates, ut sub initia principatus Antonini Pii ipse princeps eis sententia sua finem imponere deberet (not. 3. 6). Quae vixdum lata a Smyrnaeis rursus neglecta est, id quod huic epistulae ansam praebuit, qua imperator comiter et prudenter semina renascentis invidiae exstinxit. At mox eadem lis maiore ardore revixit; namque aliquot decenniis post Aristidi rhetori materiam orationis περὶ ὁμονοίας ταῖς πόλεσι (XLII) conscribendae praebuit, atque adeo iterum apud imperatorem de his nugis certatum est. Nam quae apud Philostratum vit. soph. I 25, 8 p. 540 de causa post ipsam Polemonis sophistae mortem orata leguntur, ea non possunt cum H. ad hanc Pii sententiam referri, quandoquidem ad Marci principatum illum superstitem fuisse ex eiusdem scriptoris narratiuncula I 25, 7 (p. 539) apparet. Ceterum et quod ὑπὲρ τῶν ναῶν καὶ τῶν ἐπ' αὐτοῖς δικαίων controversiam fuisse refert, et quod Smyrnaeos principatum obtinuisse dicit (ἀπῆλθεν ἡ Σμύρνα τὰ πρωτεῖα νικῶσα), non caret vanitatis et magniloquentiae suspicione. 3 Imperator litem ita diremisse videtur, ut unicuique ex tribus civitatibus accurate definiret, quibus honoris vocabulis uteretur. Neque enim Ephesios vicisse, reliquos causa cecidisse ex v. 13. 14 apparet, ubi etiam Ephesios Smyrnaeis ὃν προσήκει τρόπον καὶ κέκριται scribere debere enuntiatur. Ceterum χρήσασθαι (χρῆσθαι) ὀνόματι hic in eodem enuntiato diversa sententia usurpatur, primo loco de eo qui alium nomine appellat, deinde de eo qui ipse id gerit. 4 Ephesii per illa tempora nominibus πρώτη καὶ μεγίστη μητρόπολις τῆς Ἀσίας utuntur, quae sine dubio imperatoris sententia

περὶ τῆς συνθυσίας[5] | ψηφίσματι, τοῦ λοιποῦ δὲ ἐκόντας εὐγνωμονήσειν, ἐὰν | καὶ ὑμεῖς ἐν τοῖς πρὸς αὐτοὺς γράμμασιν ὃν [π]ροσήκει | τρόπον καὶ κέκριται[6] τῆς πόλεως αὐτῶν [φαίνησθ]ε[7] μεμνη[μ]ένοι. τὸ ψήφισμα ἔπεμψεν Σουλπίκιος Ἰου[λια]νὸ[ς ἐπίτ]ροπός μου[8]. | εὐτυχεῖτε. | [τὸ] δὲ ψήφισμα ἐποίησεν γραμματεύων Πό. Οὐήδιος Ἀν[τωνε]ῖνο[ς][9].

eis concessa erant. Ex his Smyrnaeos maxime probabile est illud πρώτη omisisse, quoniam de hoc potissimum (περὶ τοῦ πρωτείου Aristides I p. 771 Dindf.) certabatur (cf. Marquardt Röm. Staatsverwaltung I² 345).

5 Potius de sacris sollemnibus provinciae Asiae (κοινὰ Ἀσίας) Smyrnae peragendis quam de feriis quibus Britannica Antonini victoria (a. 139) celebrabatur haec intellegenda sunt. 6 Cf. not. 3. 7 Supplevit H. ex frustulis exiguis alterius exemplaris, quae edidit ibid. n. CCCCXC. Ibi fragm. *b* v. 3 ΝΦΑΙΝΗΣΘ exstat. 8 Procurator imperatoris in Asia provincia proconsulari. H. 9 Cf. Or. 510[9]; Forsch. Ephesos II 162, 39 al., unde vocem γραμματεύων de civitatis Ephesiorum scriba recte intellectam esse constat. Cf. n. 850[3].

850. Antonini Pii ad Ephesios epistula, a. 145. Ephesi in proscenio odei. Edd. * Hicks I. Brit. Mus. III, CCCCXCI (Syll.² 405; Lafoscade Epist. imp. 24, 54). [*Hi*]

[Αὐτοκράτω]ρ Καῖσ[α]ρ, θε[οῦ Ἁδ]ρι[ανο]ῦ | [υἱός, θεοῦ Τραϊ]ανο[ῦ Παρθ]ικο[ῦ υἱω]νός, | [θεοῦ Νερούα ἔ]κγον[ος, Τίτος] Αἴλιο[ς Ἁδρι]ανὸς | Ἀντωνεῖνος Σεβα]στό[ς, ἀρχιερεὺ]ς μ[έγιστος, δη]μαρ[χι]κ[ῆς ἐξουσίας] τὸ η΄, α[ὐτοκράτωρ τ]ὸ β΄, ὕπα[τ]ος [τὸ δ΄, πα]τὴρ π[ατρίδος[1], Ἐφεσί]ων τοῖς [ἄρ]χουσι καὶ τ[ῇ] βουλῇ καὶ | [τῷ δήμῳ χ]αίρε[ιν· τ]ὴν φιλοτιμίαν[2] ἣν φιλοτιμ[εῖται | πρὸς ὑμ]ᾶς Ο[ὐήδιο]ς Ἀντωνεῖνος[3] ἔμαθον οὐχ οὕτω[ς] ἐκ | τῶν ὑμετέρω[ν γραμ]μάτων[4] ὡς ἐκ τῶν [ἐκ]είνου· βουλόμε]νος γὰρ παρ' ἐμοῦ τυχεῖν βοηθείας [εἰς τὸ]ν κόσμον τῶν | ἔργων, ὧν ὑμεῖν ἐπηγείλατο, ἐδήλ[ωσεν ὅσα κα]ὶ ἡλίκα οἰ|κο-

1 A. 145. 2 Hoc vocabulum de eorum qui honoribus municipalibus funguntur studio et munificentia perfrequenter usurpatur per principatus tempora. Cf. n. 883$_{17}$. 3 Non modo superstes cives maximis affecit beneficiis, ut κτιστὴς τῆς Ἐφεσίων πόλεως praedicetur in titulo honorario Herm. VII 31 II, sed etiam testamento Dianam Ephesiam heredem instituit, Wood Ephesos, App. 8, 9: κληρονόμῳ χρησάμενον τῇ ἁγιωτάτῃ Ἀρτέμιδι, cf. Forsch. Ephesos I 211, 3$_{11}$. Iam patrem et avum domi nobilissimos fuisse et civitate Romana usos esse docent tituli Herm. VII 32, III. IV. Scribae publici magistratu Vedius fungitur n. 849$_{17}$. H. Cf. Groag Jahresh. X 1907, 290. 298 (stemma); Forsch. Eph. II 177, 66. 4 Vides imperatorem Ephesiis exprobrantem, quod laudibus civis de patria optime meriti obtrectarent.

δομήματα προστίθησιν τῇ πόλ[ει[5], ἀλλ' ὑμ]εῖς ο[ὐκ] ὀρ|θῶς ἀποδέ-
χεσθε αὐτόν[6]· κἀγὼ καὶ συ[νεχώρησα[7] α]ὐτῶ[ι[7] ὅσ]||α ᾐτήσατ[ο], καὶ
15 ἀπεδεξάμην ὅτι [οὐ] τὸν [συνήθη[7] τῶ]ν πο|λειτευομένων τρόπον, οἳ
τοῦ [παρ]αχρῆμ[α εὐδοκιμ]εῖν χά|[ρ]ιν εἰς θέα[ς κ]αὶ διανομὰς καὶ τὰ
τῶ[ν ἀγώνων θέματα[8] δαπαν]ῶ[σι | τὴ]ν φι[λοτιμ]ίαν, ἀλλὰ δι' οὗ
πρὸς τὸ [μέλλον ἐλπίζει[9] σ]εμνο|[τέραν ποιή]σειν τὴν πόλιν προῄρ[ηται.
τὰ γράμματα ἔπε]μψεν | [Κλ. Ἰου]λιανὸς ὁ κράτιστος ἀνθύ[πατος[10].
εὐτυχεῖτ]ε[11].

---

5 Inter ea odeum fuerit, in quo hic titulus cum aliis ad eundem hominem spectantibus (n. 849; vide etiam not. 11) inventus est. H.

6 Admodum apposite hoc illustravit H. exemplo simillimo Dionis XL 8: λόγοι δὲ ἐγίγνοντο πολλοὶ μέν, οὐ παρὰ πολλῶν δέ, καὶ σφόδρα ἀηδεῖς, ὡς κατασκάπτω τὴν πόλιν, ὡς ἀνάστατον πεποίηκα σχεδὸν ἐξελαύνων τοὺς πολίτας, ὡς ἀνῄρηται πάντα, συγκέχυται, λοιπὸν οὐδέν ἐστιν. καί τινες ἦσαν οἱ σφόδρα ὀδυρόμενοι τὸ χαλκεῖον τὸ τοῦ δεῖνος, χαλεπῶς ἔχοντες, εἰ μὴ μενεῖ ταῦτα τὰ ὑπομνήματα τῆς παλαιᾶς εὐδαιμονίας, ὥσπερ τῶν Ἀθήνησι Προπυλαίων κινουμένων ἢ τοῦ Παρθενῶνος ἢ τὸ Σαμίων Ἥραιον ἡμᾶς ἀνατρέποντας ἢ τὸ Μιλησίων Διδύμειον ἢ τὸν νεὼν τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος, ἀλλ' οὐκ αἰσχρὰ καὶ καταγέλαστα ἐρείπια, πολὺ ταπεινότερα τῶν κλεισίων οἷς ὑποδύεται τὰ πρόβατα κτλ. Cum eiusmodi caecis antiquitatis fautoribus, qui certe Ephesi quoque erant, conspirabant ei qui sumptum in ludos et ferias fieri malebant (v. 14 sqq.). 7 Suppl. Dttb. 8 Vs. 16—19 se sententiarum ordinem et conexum supplementis suis assecutum esse, singula vero verba praestare nolle indicat H., quem uno loco excepto (v. not. 9) secutus est Dttb. 9 Suppl. Dttb.; nempe προῄρηται τοῦτον, δι' οὗ πρὸς τὸ μέλλον σεμνοτέραν ποιήσειν τὴν πόλιν ἐλπίζει.

10 Supplementum incertum est; cf. Klebs Pr. imp. Rom. I 382, 717.

11 Quid effectum sit hac epistula, alius odei Ephesii lapis (I. Brit. Mus. III, CCCCXCII) demonstrat, litteras continens ab Antonino ad Ephesios datas a. 150, hoc exemplo: εἰδότι μοι δηλο[ῦτε τὴν φι]λοτι[μίαν] ἣν Οὐή[δ]ιος Ἀντ[ω]ν[εῖνο]ς φιλοτιμεῖται πρὸς ὑμᾶς, ὅ[ς] γε κα[ὶ τὰς] παρ' ἐμοῦ χάριτας εἰς τὸν [κόσ]μον α[ὐτῆς] τῆς πόλεως [κα]τέθετο. Vides quam frigide respondeat imperator Ephesiis quippe qui sero ac paene coacti ab ipso illi civi de populo insigniter merito gratias egerint. Altera similis argumenti epistula est ibidem n. CCCCXCIII.

---

851. M. Aurelii Caesaris et Imp. Antonini Pii ad collegium Smyrnaeum epistulae, a. 147. Smyrnae ad templum Bacchi Brisaei. Ex Gallandi schedis ed. Spon. Misc. erud. antiq. X 93, 353 (CIG 3176; Waddington Fastes prov. As. n. 139; Syll.² 406; Lafoscade Epist. imp. 29, 62). Supra hunc titulum in eadem tabula alius (CIG 3173). [*Hi*]

Μᾶρκος Αὐρήλιος Καῖσαρ, Αὐτο|κράτορος Καίσαρος Τίτου Αἰλίου |
5 Ἁδριανοῦ Ἀντωνείνου Σεβαστοῦ | πατρὸς πατρίδος υἱός, δημαρχι|κῆς

ἐξουσίας, ὕπατος τὸ β΄[1], συνό|δῳ τῶν περὶ τὸν Βρεισέα Διόνυσον[2] | χαίρειν· | εὔνοια ὑμῶν, ἣν ἐνεδείξασθε συν|ησθέντες μοι γεννηθέντος υἱοῦ[3], εἰ καὶ | ἑτέρως τοῦτο ἀπέβη, οὐδὲν ἧττον φα|νερὰ ἐγένετο. τὸ ψήφισμα ἐπέγραψεν | Τ. Ἀτείλιος Μάξιμος ὁ κράτιστος ἀνθ|ύπατος[4] καὶ φίλος ἡμῶν. ἐρρῶσθαι ὑ|μᾶς βούλομαι. πρ(ὸ) ε΄ καλ(ανδῶν) Ἀπρειλ(ίων) ἀπὸ | Λωρίου[5]. | τὴν ἐπιγραφὴν ποιήσαντος Μ. Ἀντω|νίου Ἀρτεμᾶ δωρεά(ν)[6] ταμιεύοντος | Σουλπικίου Ῥουφείνου.

Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ, θεοῦ Ἁδριανοῦ | υἱός, θεοῦ Τραϊανοῦ Παρθικοῦ υἱω|νός, θεοῦ Νερούα ἔγγονος, Τίτος Αἴ|λιος Ἁδριανὸς Ἀντωνεῖνος Σεβαστός, | ἀρχιερεὺς μέγιστος, δημαρχικῆς | ἐξουσίας τὸ κα[7], αὐτοκράτωρ τὸ β΄, | ὕπατος τὸ δ΄, πατὴρ πατρίδος, συν|όδῳ τῶν ἐν Σμύρνῃ μυστῶν χαίρειν[8].

1 A. 147. 2 Mysticam hanc synodum fuisse, sed simul eius participes artifices Dionysiacos, apparet ex CIG 3190 ἡ ἱερὰ σύνοδος τῶν περὶ τὸν Βρεισέα Διόνυσον τεχνειτῶν καὶ μυστῶν. Eadem infra v. 26 est ἡ σύνοδος τῶν ἐν Σμύρνῃ μυστῶν. Cf. Boeckh ad CIG 3173; Ziebarth Gr. Vereinsw. 51, 3; Poland Gr. Vereinsw. 592, 43; Quandt De Baccho diss. Hal. 1913, 147.

3 Filium natum esse, sed antequam epistula gratulatoria Romam perveniret, iam decessisse statuunt Borghesi Opp. VII p. 113 et Mommsen Herm. VIII 205, qui demonstravit, difficultatem in temporum definitione nullam esse. Nam prima quidem ex omnibus M. Aurelii et Faustinae liberis (scr. hist. Aug. M. Anton. 6, 6) nata est filia. At nihil obstat, quominus eius natales ad annum 146 referamus, ita ut insequente anno filius nasci potuerit. Huic filio T. Aelius Antoninus nomina fuisse videntur (I. Olymp. 615). 4 Proconsul Asiae fuit 146/7 Prosop. imp. Rom. I 175, 1082. 5 De Lorio cf. scr. hist. Aug. III 1, 8 *Antoninus Pius .. educatus Lorii in Aurelia, ubi postea palatium extruxit.* 12, 6 (idem) *spiritum reddidit apud Lorium.* Eutr. VIII 8 *obiit apud Lorium villam suam miliario ab urbe duodecimo.* Marcus vero annis 139—161 duabus exceptis noctibus semper in domo patris versatus est: hist. Aug. IV 7, 2. Lorii Frontoni operam dedit, cf. eius epist. ad Marc. II 15. III 20 al. Marcus εἰς ἐ. I 16 ἡ ἀπὸ Λωρίου στολή. v. Rohden Realenc.[2] I 2285/8; Nissen It. Landesk. II 351; Kiepert Form. orb. XX. 6 ΔΩΡΕΑΣ. 7 A. 158. 8 Epistula periit.

△**852. Clitosthenis Theraei opera publica, a. 149/50.** Therae in basilicae muro. Ed. Hiller IG XII 3, 325; cf. Thera I tab. 14; III 129. [*Hi*]

A. Dedicatio operis confecti. a. 150.

ἀγαθῇ τύχῃ. | ὑπὲρ τῆς τοῦ κυρίου ἡμῶν Αὐτοκράτο|ρος Καίσαρος Τ. Αἰλίου Ἁδριανοῦ Ἀντωνεί|νου Σεβαστοῦ Εὐσεβοῦς καὶ Οὐήρου

5 Καίσαρος[1] | καὶ Λουκίου Καίσαρος[2] καὶ Σεβαστῆς Φαυσ(τ)εί|νης[3]
τύχης καὶ αἰωνίου διαμονῆς καὶ τοῦ | σύμπαντος αὐτῶν οἴκου.
ἐπὶ ἀνθυπάτου | Μουμμίου Σεισέννα[4], ἀρχόντων δὲ τῶν σὺν | Τι. Ἰουλίῳ
10 Κλέωνι, Τ. Φλαύιος Κλειτοσθένης | Κλαυδιανὸς[5] μετὰ καὶ τοῦ ὑοῦ
Φλαυίου Κλει|τοσθένους Ἰουλιανοῦ καὶ τοῦ ἐκγόνου αὐτοῦ | Φλ. Κλει-
τοσθένους Κλαυδιανοῦ καὶ τῆς ἐκγόνης | Φλ. Κλαυδίας Δημητρίας
15 Αἰλιανῆς τὰ ἔργα | κατὰ τὴν εἰσαγγελίαν ἣν ἐποιησάμην τῇ γλυ|κυ-
τάτῃ πατρίδι Θήρᾳ κατασκευάσας ἐκ τῶν ἰδίων | ἀνέθηκα, καθὼς ἡ
ἰσαγγελία ἡ ὑποτεταγμένη[6] | περιέχει καὶ τὰ ψηφίσματα[7].

B. Clitosthenis εἰσαγγελία. a. 149.

Λ. Σεργίῳ Σκειπίωνι | Ὀρφίτῳ, Κ. Σοσσίῳ Πρείσκῳ ὑπάτοις[8] πρὸ ιε΄
Καλανδῶν | Αὐγούστων, ὡς δὲ Θηραῖοι ἄγουσιν, ἐπὶ ἱερέως[9] Φιλο|-

---

Prope hanc eidem muro alia stela iniecta est, delphinorum duorum imagine superne ornata, quae Theraeorum decretum (IG XII 3, ?26) continet. Decretum et dedicatio (*A*) anni 150 esse videntur, εἰσαγγελία anno 149 facta est. 1 M. Aelius Aurelius Verus Caesar, qui postea Marcus Aurelius imperator. Eius caput in porticu inventum: Wolters Thera I 225 et tab. 19. Basis enim in extrema basilicae parte est etiamnunc conspicua, ubi domus imperatoriae statuae s. προτομαὶ dedicatae erant. Wolt.

2 L. Aelius Aurelius Commodus, per nefas Caesar appellatus: Realenc.[2] III 1837_4, postea Imp. Caesar L. Aurelius Verus (161—169). Eius imago Thera I 226, 7 et tab. 20? Wolt. 3 Anna Galeria Faustina (minor), Veri Caesaris (not. 1) uxor, nupta a. 145, m. Dec. 146 Augusta dicta. Realenc.[2] II 2313, 121 (maioris Faustinae caput Thera I 225, 5 et tab. 18?).

4 P. Mummius Sisenna cos. a. 133; eum paullo post a. 149 demum provinciam esse sortitum pro illa aetate mirum non est. Haec Asia, non Achaia fuisse iam iis quae Waddington ad Le Bas. III Expl. p. 664 docuit probatur (cf. IG XII 5 p. XIX 1364. Sane dubitaverunt Chapot Prov. Asie 82; Hatzfeld Bull. Hell. XXXIII 1909, 523 alii). Decretum opere quidem confecto, sed sub anteriore proconsule factum, cuius nomen parum constat: IG XII 3, 326_{32}: Πο|π..ίου Πρείσκου. 5 De hoc eiusque posteris, qui Ephesi et Trallibus in Asiae provinciae urbibus floruerunt, cf. IG XII 3, 524 sqq.; Groag Jahresh. X 282/90 (stemma). Ipse in decreto laudatur vs. 7: ἀνὴρ γένους τε ἐπιφανείᾳ διάσημος κἀπὶ ταῖς εἰς τὴν πατρίδα λιτουργίαις διαβόητος, vs. 14: ἐν ἐγδικίαις ἀκριβής, ἐν πρακτορείαις ὑγιής, ἐν ἀρχαῖς καὶ στρατηγίαις δίκαιος, ἐν ἐπιδόσεσι πολειτῶν μεγαλόψυχος φανείς. 6 Vss. 17—51.

7 Unum ex iis IG XII 3, 326. 8 Ser. Cornelius Scipio Salvidienus Orfitus, Q. Nonius Sosius Priscus coss. a. 149. 9 Non Apollinis Carnei potissimi Theraeorum dei, cuius sacerdotes διὰ γένους ac certe διὰ βίου quoque erant, sed imperatorum, in propria aede Καισαρεῖον dicta cultorum (not. 15). Antea ephororum principes erant Theraeorum eponymi.

20 μήτορος τοῦ Φιλομήτορος, μηνὸς Ὑακινθίου ἕκτῃ λή|γοντος[10], ἀγο-
μένης ἐκκλησίας ἐννόμου, ὑπὲρ τῆς τοῦ | Αὐτοκράτορος Καίσαρος
Τ. Αἰλίου Ἁδριανοῦ Ἀντωνίνου | Σεβαστοῦ Εὐσεβοῦς καὶ Οὐήρου Καί-
25 σαρος καὶ | Λουκίου Καίσαρος καὶ Σεβαστῆς Φαυστίνης τύχης | καὶ
αἰωνίου διαμονῆς καὶ τοῦ σύμπαντος αὐτῶν | οἴκου Τ. Φλαούιος
Κλειτοσθένης Κλαυδιανὸς εἰσ|ήγγειλα εἴς τε βουλὴν καὶ δῆμον ἐπιδοὺς
τάδε τὰ | ἔγγραφα ἄρχουσι[11] τοῖς σὺν Ἀριστοδάμῳ Καρτιδάμαν|τος·
30 ἐπειδὴ ἡ κατὰ πόλιν ὑπάρχουσα στοὰ ἡ πρὸς τῇ | ἀγορᾷ[12] ἀπε-
στέγασται μὲν ὅλη, ἐκ μέρους δὲ καὶ τὰ τῶν | τοίχων αὐτῆς καὶ
οἰκοδομημάτων καταπέπτωκεν καὶ | τὰ πρόσλοιπα δὲ διαπεφορημένα
κινδυνεύει εἰς ἔδα|φος κατενεχθῆναι, πολλάκις τε περὶ τῆς κατασκευῆς |
35 αὐτῆς καὶ ἐπισκευῆς πανδημεὶ καταβοήσεις ἐγένον|το, ἀναγκαίου ὄντος
τοῦ ἔργου πρὸς ὅλον τὸν τῆς πόλεως | κόσμον τε καὶ ἀπόλαυσιν καὶ
πολυτέλειαν διὰ τὸ μηδὲν | ἕτερον τοιοῦτον ἐν αὐτῇ ὑπάρχειν ἔργον,
καὶ | μηδενὸς μήτε ἄρχοντος μήτε ἰδιώτου ὑπεσχη|μένου ἀποκ[ατ]αστῆσαι
40 τῇ πόλει τὸ ἔργον, συν|ο[ρθ]ῶν μετὰ καὶ τούτου τοῦ ἔργου καὶ τὰ
ἄλλα[13] | καταρειπτούμενα ὑπισχνοῦμαι, ὁποῖον ἂν καὶ | ὁπόσον ὁ καιρός
μοι ἐπιτρέψῃ καὶ ἡ Τύχη τῆς | πόλεως[14], κατ[ασκευά]σας αὐτὸ ἀπο-

10 De mense Bischoff Realenc.² IX 3: Graecus est annus, cum Romano nondum compositus; dies XVIII m. Iulii = XXV m. Hyacinthii (dies enim ab ultimo mensis die computandos esse inter omnes constat). In Smyrnaeorum titulo sepulcrali saec. III (Le Bas-Wadd. III 25) est: πρὸ πέντε Καλανδῶν Εἰουνίων, μη(νὸς) Ἑκατομβεῶνος τετάρτῃ. Cf. Ephesos II p. 138_{48} (a. 104 p. Chr.). 11 Tres tunc fuerunt Therae summi magistratus, ἄρχοντες sive στρατηγοὶ appellati; primus ex iis πρῶτος ἄρχων s. πρωτάρχων. Primus hic Aristodamas Cartidamantis f. redit in decreto (not. init.) vss. 3. 52, unde concludas annum Theraeum esse eundem 149/50, sed mutatum intra eum proconsulem (decr. vs. 32); unde decretum anni solaris 150 parti priori tribuendum videtur. Intra hoc igitur spatium opera omnia confecta erant. Tradita sunt novi archontis anno (v. 9 T. Iulii Cleonis). 12 De hac porticu iam Traiano imperante (a. 102—116) restaurata cf. IG XII 3, 324: τὴν στοὰν ἐστέγασαν ἐκ τῶν ἰδίων .. et decretum ibid. 326_{18}: τὴν ἐν τῇ πόλει βασιλικὴν στοάν, ἔργον ἀρχαῖον καὶ διαπρεπὲς καὶ οἷον οὐκ ἄλλο πρ[ο]κόσμημα ἐν τῇ πόλει, κατηρειμμένον ἐκ πολλῶν [ἤδη] χρόνων. Formam exhibuimus Thera I 218 cf. tab. 13; III 112. 126; cf. Studniczka Goett. GA 1901, 548; Michaëlis Mél. Perrot 1902, 239; Springer-Michaëlis Handb. Kunstgesch.⁹ 1911, 361, fig. 657. 13 De his decretum vs. 8: ἃ μὲν βαλανείων κατασκευαῖς τὰ ἐπίνεια τῆς πόλεως κοσμήσας, ἃ δὲ καὶ τὸ τῆς Εἰλειθυίης ἱερὸν ἀλέκτῳ πολυτελείᾳ κατειργασμένον ἔργον πατρῷον ἀπαράφθορον πρὸς ἀπόλαυσιν πολιτῶν τε καὶ τῶν ἐπιδημούντων ξένων διαφυλάσσων. Cf. not. 15. 14 Fortunae Theraeae imaginem exhibet Thera III 131 fig. 111 (Watzinger).

δοῦναι τῇ πόλει | σῷον ἐκ τῶ[ν ἰδίων] μετὰ τοῦ ὑοῦ μου Φλ. Κλειτο-
45 σθέ[νους Ἰουλιανοῦ κ]αὶ τοῦ ἐκ γόνου μου Φλ. Κλειτοσθέ[νο]υς
[Κλαυδιανοῦ]· ἐπεὶ δὲ καὶ ἐκ τῆς πε[πτ]ωκυίας | [στέγης ἔτι πλείστη]
περιελείπετο ὕλη[15], καὶ ταύτην ὑ[πεχώρησα ἐκ τῶν ἰ]δίων παρα-
σχὼ[ν] τ[ῷ] ἐργάσασ[θαι μέλλοντι καὶ] προσεισενεγ[κάμεν]ος· ἃ δέ
50 μο[ι | παρελέλει]π[το εἰς κατά]στασιν τ[ῶν ἔργων, ταῦ]τα | [πάνθ' ὑπέ-
σ]τ[ην τῇ πόλει ε]ὔχρηστ[α ἀποκαταστ]ήσειν.

15 Cf. decreti vs. 24: ἔκ τε τῆς περιλειπομένης ξυλικῆς ὕλη[ς τὸ]ν δρύφακτον καὶ αὐτὸν κατηριμμένον καὶ [τόν] τ[ε] ναὸν τῆς Τύχης καὶ τὸ ἀρχαῖον Καισαρεῖον [κ]ατασκευάσας παραδώσειν.

853/54. Ti. Cl. Herodes Hipparchus Marathonius eiusque familia med. s. I post Chr. Eleusine, nunc in museo Eleusinio (catal. n. 205). Basis, cuius in duobus lateribus tituli exarati sunt. Ed. Skias Ἐφ. 1894, 206 n. 30 (Syll.² 394. 395). Cf. Foucart Rev. phil. 1901, 89. [*Kε*]

853 Τιβέριος Κλαύδιος Ἡρώδου υἱ[ὸς] | Ἵππαρχος[1] Μαραθώνιος τὴν
ἑαυτοῦ | θυγατέρα Κλαυδίαν Ἀλκίαν[2], μυηθεῖσαν | ἀφ' ἑστίας[3], Δή-

Litteratura in duobus titulis plane diversa est. Basin tam exiguam esse, ut nullo modo plus una statua imponi potuerit, Sk. observavit. Accedit quod duorum hominum eodem monumento expressorum nomina in eadem planicie antica, non in duobus lateribus quae angulum efficiunt inscribi debuerunt. Quare recte detracto signo aliud impositum iudicavit editor. 1 Hominem ex Herodis Attici familia esse cum nomina Ἡρώδης, Ἵππαρχος, Ἀλκία in eadem parentela coniuncta et nomen gentile Κλαύδιος, Κλαυδία indicio sunt, tum demoticum quod est Μαραθώνιος. Iam cum sacerdotis nomine (not. 4) demonstretur titulum medio saeculo post Chr. n. primo utique non multis annis recentiorem esse, sponte se offert Hipparchus Herodis Attici avus paternus. Quem cum Philostratus Vit. soph. II p. 56 Kays. 1, 2 propter affectatam tyrannidem ab imperatore damnatum referat, per hanc occasionem imago filiae ab ipso in delubro Eleusinio consecrata videtur deiecta esse. Basi vacuae postea nepotis illustrissimi statua (n. 854) imposita est. Dttb. Fouc. Ad IG III 38_3 = II² 1100 οἱ τὰ Ἱππάρχου χωρία τὰ ὑπὸ τοῦ φίσκου πραθέντα κεκτημένοι provocat Fouc.

2 Cum illas duas nobiles demi Marathoniorum familias, ex quibus altera civitatem Romanam nacta Claudio, altera Vibullio nomine utebatur, multifariam conubiis ultro citroque initis conexas fuisse etiam aliunde constet, nescio an ex nominum rationibus satis confidenter colligere liceat, Claudiam Alciam Hipparchi filiam nupsisse Vibullio Rufo Marathonio, quo ex matrimonio natus sit L. Vibullius Hipparchus archon eponymus a. 117/8 (IG III 662_1. 1105_3; cf. Bull. Hell. XXVIII 1904, 172. 181) avi materni nomen gerens, et Vibullia Alcia (not. 7). Hanc rursus in matrimonium duxit avunculus ipsius Claudius Atticus. Certe temporum rationes non adversantur. Nam si Claudiae Alciae natales annorum 45—50 p. Chr.,

5 μητρι καὶ Κόρῃ, ἐπὶ ἱερείας | Κλεοῦς τῆς Εὐκλέους Φλυέως, γόνῳ δὲ | [Ν]εικοδήμου Ἑρμείου θυγατρός[4].

54 Τι(βέριον) Κλαύδιον Ἀττικὸν Ἡρώδην[5], Κλαυδίου | Ἀττικοῦ τοῦ ἀρχιερέως ἀπὸ προγόνων[6] | υἱὸν καὶ Βιβουλλίας Ἀλκίας[7], υἱὸν Ἑλλά|-
5 δος[8], κατὰ τὸ δόγμα τῆς Κορινθίων | βουλῆς Κοκκήιος Κησωρεῖνος.

T. Claudii Attici a. 55—60, Vibullii Hipparchi et Vibulliae Alciae sororis a. 70—80 terminis contineri statuemus, haec optime convenient cum Herodis Attici anno natali, quem ab a. 101 utique perexiguo spatio distare constat. 3 Infantem fuisse Alciam cum initiaretur hinc apparet. 4 Cf. IG III 454_3. 647_{10}. Quorum titulorum uterque sane Tiberio Caesare imperante scriptus est, sed non est quod illius mulieris sacerdotium etiam aliquanto post illius principatum durasse negetur; neque tamen multo infra medium saeculum primum descendere huius dedicationis tempus manifestum est. Praeterea eiusdem mulieris inscriptionem dedicatoriam mutilatam edidit Skias post hunc ipsum titulum p. 207 n. 31 monuitque eiusdem nomen IG III 205 initio reponendum esse. Sed horum duorum monumentorum tempus definiri nequit. Quod adoptionis mentio in tribus monumentis fit, in duobus reliquis non item, id nullam habet causam dubitandi quin eadem ubique sacerdos significetur, quoniam in hoc genere usquequaque summa observatur inconstantia. 5 Orator nobilissimus, qui tum cum haec imago dedicaretur etiamtum impubes fuisse videtur, cum quia basi impositum est monumentum quae olim puellae tenerrima aetate (not. 3) imaginem sustinuerat, tum quia nulli ispius honores, nullum sacerdotium, nullus magistratus recensetur. 6 Cf. 856_3. 870_7. Vide etiam tit. Thebanum infra not. 7. 7 Cf. I. Olympia 621: Βιβουλλίαν Ἀλκίαν Ἀγριππεῖ[ναν],| θυγατέ[ρ]α [Ῥ]ο[ύ]φο[υ], [Ἀ]ττ[ι]κ[οῦ] γυ[ν]αῖκ[α], | Ἡρώδου μητέρα, ἡ πόλις ἡ τῶν | Ἠλείων. Illo titulo omnis dubitatio exemta est, quin Alcia Herodis oratoris non uxor fuerit, sed mater. Nam quod IG III 674 legimus Οὐιβουλλίαν Ἀλκίαν, Τι. Κλ. Ἀττικοῦ Ἡρώδου Μαραθωνίου γυναῖκα, id nihil habet miri quia etiam patri Attico nomen fuisse Herodem scimus ex IG III Add. p. 483 n. 69*a*, ubi orator nobilissimus Κλαύδιος Ἡρώδης νεώτερος audit. Patris Attici nomen exstat etiam in tit. Thebano IG VII 2509 (Syll.² 393): τὸ κοινὸν σύνεδριον τῶν Ἑλλήνων τῶν εἰς Πλατηὰς συνιόντων Τι. Κλαύδιον Ἀττικὸν Μαραθώνιον, τὸν ἀρχιερέα τῶν Σεβαστῶν, διατελοῦς ἀρετῆς ἕνεκεν [ἧς ἔχων] διατελεῖ. Vide Dittenberger Herm. XIII 1878, 69. 73. Praeterea cf. n. 855 et Realencykl. III 2677. Nomen quod est Ἀλκία Vibullia habuit a matre, quae Attici soror fuisse videtur (not. 2). 8 Honoris vocabulum est simile eius quod alibi legitur υἱὸς τοῦ δήμου. Hoc quoque magis in puerum nobilissimae originis et egregiae spei quam in hominem adulta aetate (cf. not. 5) cadere videtur. Cf. Realencykl. VIII 932_{50}.

855. Herodianus, Herodis Attici frater, init. saec. II. In insula Cea. Ed. CIG 2371; IG XII 5, 631 (Syll.² 396). Cf. Dittenberger Herm. XIII 1878, 77. [*Ki*]

ἡ πόλις Ἰουλιητῶν Τι. | Κλ. Ἀττικὸν Ἡρωδιανόν[1], | Τι. Κλ. Ἀττικοῦ
5 καὶ Βιβουλ|λίας Ἀλκίας υἱόν, ἀρετῆς | ἕνεκεν, | ἐπιμελητεύοντος | Δεξι-
κράτεος τοῦ Τειμοκλείδου Παλλ⟨α⟩ην[έ]|ως[2].

1 Cum Atticum et Vibulliam Alciam (v. 3. 4) Herodis Attici parentes esse constet (cf. n. 854 7), aut ipsum oratorem nobilissimum aut fratrem eius hic agnoscendum esse apparet. Atqui opinio, nomina Ἡρῴδης et Ἡρωδιανός promiscue de eodem homine usurpata esse, neque per se probabilis est neque ullo testimonio confirmatur, cum tamen permagnus Herodis monumentorum epigraphicorum numerus exstet. Restat ut Herodianum fratrem ceteroqui ignotum Herodis existimemus, qui prima adulescentia defunctus videtur. Dttb. Herm. l.c. Prosop. imp. Rom. I p. 360 n. 656. 2 ΠΑΛΛΑΗΝΙ|ΟΣ. Emendavit Boeckh, monens Ceon tum sub imperio Atheniensium fuisse, quibus insulam dono dedisset M. Antonius (Appian. B. C. V 7), ideoque hominem Atheniensem demotico, non ethnico significari in titulo Ceo. Non recte ille quidem, cum Παλλήνην demum Cei fuisse constet; IG XII 5, 636. Quod Boeckh ἐπιμελητεύοντος mavult ad curatorem sive magistratum ab Atheniensibus insulae impositum referre, quia de eo qui hoc opus faciendum curasset ἐπιμεληθέντος potius dicendum fuerit, falli videtur. Etenim in hac causa ἐπιμελητεύοντος et ἐπιμεληθέντος promiscue usurpantur; cf. IG III 393_1. 532_{10}. Add. p. 483 n. $68e_7$. p. 504 n. $780a_{10}$.

856. Regilla, Herodis Attici uxor med. saec. II. Lapis, iam s. quarto a. Chr. n. in usum conversus (IG II 1212), in colle Ardetto occidentem versus a stadio sito repertus esse videtur; Skias Νέος Ἑλληνομνήμων 1905, 259. Ed. Koehler Ath. Mitt. VIII 1883, 287 (Syll.² 397). Cf. Wachsmuth Ath. Mitt. IX 1884, 95. [*Ki*]

Ἀππίαν Ἀτειλία[ν Ῥή]|γιλλαν[1], Κλ(αυδίου) Ἡρώδου | τοῦ ἀρχιερέως[2]

1 Integram nominum seriem habes n. 857. Plerumque aliquot ex magno numero omittuntur: Ἀππία Ἀννία Ῥήγιλλα est Syll.² 888, Ἀν[ν]ία [Ἀππία] Ῥήγιλλα IG III 1333 (cf. 863 1), Ἀννία Ῥήγιλλα IG XIV 1391. Haud raro nudo nomine Ῥήγιλλα indicatur, veluti in titulis Olympicis, quae videtur moris Graeci affectatio esse. Nupsit Herodi paullo ante consulatum quo ille functus est a. 143 (cf. I. Olympia p. 618. Realenc. VIII 928_{56}) et quattuor liberos (v. n. 862—865) enixa, quorum duo superstite matre obierunt, ipsa decessit non multo ante 161. Dittenberger Herm. XIII 1878, 79. Etenim eius frater Appius Annius Atilius Bradua, qui a. 160 p. Chr. cum T. Clodio Vibio Varo fasces gessit (Prosop. imp. Rom. I p. 63 n. 475), aut consul aut consularis Herodem propter sororis mortem accusavit (Philost. Vit. soph. II 1, 8 p. 63 Kays.). At cum Antoninus Pius filium post obitum matris solacii causa inter patricios allegisse dicatur n. 858_9, utique ultra annum 161 superstes illa non fuit. Cf. Realenc. I 2315_{50}.

2 Hereditarium hoc sacerdotium habuit Herodes. Cf. 854_2.

5 γυναῖ|κα, ἱερασαμένην πρώ|την τῆς Τύχης τῆς | πόλεως 3, κατὰ τὸ ἐπε|ρώτημα τῶν κρατίσ|των Ἀρεοπαγειτῶν | οἱ ἐν Πειραεῖ πραγμα-
10 τευταὶ | οἱ περὶ Βα(λέριον) Ἀγαθόποδα Μελιτέα.

Sequuntur per duas columnas disposita viginti septem nomina virorum, ex quibus sedecim demotica adiuncta habent, reliqua peregrinorum esse videntur.

3 Tum igitur demum instituta sunt haec sacra, ut omnino imperatorum aetas huic cultui Fortunae civitatis praecipue indulgebat (cf. Syll.² 788 Τύχῃ Θάσου). Quo minus dubium est, quin recte a Wachsmuthio hoc sacerdotium relatum sit ad delubrum Fortunae, quod Herodes iuxta stadium Panathenaicum exstruxit (Philost. Vit. soph. II 1, 5 p. 59 Kays.). Cf. Judeich Topogr. Ath. 98. 369. 370 et lemma huius tituli. Ceterum etiam peregre nobilissimis sacerdotiis functam Regillam indicat titulus I. Olympia 610: Ῥήγιλλα, ἱέρεια | Δήμητρος, τὸ ὕδωρ | καὶ τὰ περὶ τὸ ὕδωρ τῷ Διί. Videmus aquaeductum cum exedra magnifica, qui vulgo Herodis dicitur, ab uxore potius dedicatum esse cum illa sacerdos Cereris esset quae Χαμύνης (Paus. VI 20, 9. 21, 1) sive Χαμυναίας (I. Olympia 485_3) nomine ab Eleis Olympiae sanctissime colebatur. Cf. Realenc. VIII 933_{41}. 935_{29}. Aliam habes ibidem Regillae dedicationem I. Ol. 288 Ῥήγιλλα | Ὑγείᾳ.

857. Regilla, Herodis Attici uxor med. saec. II. Eleusine, nunc in mus. Eleusinio (catal. n. 797). Basis. Ed. Philios Ἐφ. 1885, 152 n. 28 (Syll.² 398). [*Ki*]

Ἀππίαν Ἀννίαν Ῥή|γιλλαν Ἀτιλίαν Καυ|κιδίαν Τερτύλλαν 1, | Ἀππίου
5 ὑπάτου πον|τίφικος 2 θυγατέρα, Ἡ|ρώιδου Μαραθωνίου | ὑπάτου 3 γυναῖκα τοῦ | ἐξηγητοῦ 4, ὁ ἀνὴρ | ἀνέθηκεν.

1 Cf. tit. Delph. 859 *D. Appia Annia* nomina ex paterno, *Atilia* ex materno genere repetita esse patet (cf. not. 2), *Caucidia Tertulla* vero necessitudinem cum ea familia indicant, cuius est *L. Mummius Nig[er] Quintus Valeriu[s] Vegetus Severin[us] Caucidius Tertullus* Prosop. imp. Rom. II p. 387 n. 515. Atqui maternam potissimum Regillae stirpem Caucidios Tertullos cognatione attigisse cernitur ex titulo CIL III 6183: *P. Vigellio Raio Plario Saturnino Atilio Braduano Caucidio Tertullo leg. Aug. ordo Troesmen(sium) ex decreto suo.* Cf. Prosop. imp. Rom. III p. 433 n. 434. Namque in utroque titulo *Caucidius*, non *C. Aucidius* scribendum esse demonstravit Dttb. Ind. schol. Hal. hib. 1892/3 p. X sqq. 2 Patris titulum habes I. Olympia 619: Ἄππιον Ἄννιον Γάλλον, [τ]α[μ]ί[α]ν, σ[τρ]α[τ]η[γ]όν, [ὕ]πα[τ]ον, ποντίφικα, Ῥηγίλλης πατέρα τῆς Ἡρώδου [γυ]ναικό[ς], ἡ [π]όλι[ς] ἡ [τ]ῶ[ν Ἠ]λ[είων]. Eundem videri consulem suffectum aliquo ex primis Antonini Pii annis, de quo in senatusconsulto de Cyzicenis (CIL III Suppl. 7060 = Dessau Inscr. lat. sel. 7190) v. 11 legitur *sententia dicta ab Appio Gallo cos. desig(nato)*, exposuit Dttb. Ind. schol. Hal. hib. 1892/3 p. VIII. Patrem habuit Appium Annium Trebonium Gallum consulem 108 p. Chr. (Prosop. imp. Rom. I p. 66 n. 493), avum Appium Annium Gallum consulem suffectum

intra annos 64—68 cum L. Verulano Severo (Prosop. imp. Rom. I p. 66 n. 492), legatum pro praetore Germaniae superioris sub Vespasiano, haud raro commemoratum a Tacito (Hist. I 87 sqq.) in rerum post Neronis mortem gestarum narratione. Materna stirps Regillae Atilii Braduae erant, id quod ex avi materni monumento in exedra Olympica invento (I. Olympia 620) cognoscitur. 3 A. 143 Prosop. imp. Rom. I p. 356. 357 n. 655.

4 Cerycum gentis fuisse Herodem ex monumento Triopeo in honorem defunctae uxoris erecto (IG XIV 1389$_{33}$) notum est. Iam cum antiquitus interpretatio iuris sacri adeo propria habita esset gentis Eumolpidarum (cf. Lysias VI 10: τοῖς ἀγράφοις (νόμοις) καθ' οὓς Εὐμολπίδαι ἐξηγοῦνται. Syll.^{2} 587$_{41}$ ἐξηγηταὶ Εὐμολπιδῶν. Pseudoplut. Vit. X orat. 843 B. IG III 720$_2$ ἐξηγητὴς ἐξ Εὐμολπιδῶν), ut nefas videretur Ceryces eam sibi arrogare (cf. Andoc. I 116 ὦ Καλλία, πάντων ἀνθρώπων ἀνοσιώτατε, πρῶτον μὲν ἐξηγῇ Κηρύκων ὤν, οὐχ ὅσιον ὂν σοὶ ἐξηγεῖσθαι), principatus tempore etiam hanc gentem illius officii participem fuisse cognoscimus ex titulis Bull. Hell. VI 1882, 436. Ἐφ. 1897, 65 n. 49$_{26}$, ubi Ti. Claudius Demostratus Melitensis, Ti. Claudii Sospidis daduchi filius, ἐξηγητὴς μυστηρίων vocatur. Cf. Herm. XX 1885, 12. Eodem igitur munere etiam Herodes functus est.

---

858. Regilla Herodis Attici uxor post a. 161. Lapis sine dubio Romae inventus et in Britanniam translatus ubi fuit in hortis palatii S. Jacobi prope Westmonasterium, sed saeculo septimo decimo periit (cf. Michaelis Ancient marbles 538). Ed. Prideaux Marm. Oxon. append. 302, 28 (CIG 6185; Kaibel IG XIV 1392; Syll.^{2} 399). Cf. Buresch Rh. Mus. XLIV 1889, 489; Huelsen XLV 1890, 284; Buresch XLVI 1891, 232. [*Ki*]

-- |Ἡρώδης μνημεῖον καὶ | τοῦτο εἶναι[1] τῆς αὐτοῦ | συμφορᾶς καὶ
5 τῆς ἀρε|τῆς τῆς γυναικός· | ἔστιν δὲ οὐ τάφος· τὸ | γὰρ σῶμα ἐν τῇ
Ἑλλάδι | καὶ νῦν παρὰ τῷ ἀνδρί | ἐστιν[2]. τὸν ἐκ ταύτης | παῖδα εἰς

Litteras volgares praeter ΘΠC exhibet editio princeps. Iam Bur. C cum EΩ in eodem titulo coniunctum manifestum fraudis indicium existimat. At neque in lapidibus talis inconstantia inaudita est, et summa probabilitate H. monuit, inopia formarum Prideauxium hic ut alibi EΩ pro ЄΦ expressisse videri. 1 Infinitivus pendet a verbo dedicandi, quod mente supplendum est; dicendi ratio insolita, sed sine dubio a rhetore elegantiae speciem sectante studiose quaesita. Dttb. [Immo prior enuntiati pars in lapidis fragmento iam pridem deperdito, sive in alio lapide monumenti maioris e multis lapidibus compositi, qualia haud pauca exhibet Asia, fuisse videtur. Titulus est a rhetore post Herodis mortem conceptus et monumento quod Herodes uxori faciendum curaverat inscriptus. Quo de monumento post alia refertur κατεσκεύασε vel ἐποίησε βουλόμενος] Ἡ. μνημεῖον καὶ τοῦτο εἶναι etc.; unde efficitur antea de Odeo Athenis in uxoris memoriam aedificati verba facta esse. Hi.] 2 Ut viva Regilla cum marito in ipsius patria habitabat, sic defunctae quoque corpus nunc illic apud eundem est. Sepultum esse Herodem iuxta uxorem,

10 τοὺς εὐπα|τρίδας[3] ἐν Ῥώμῃ[4] ἐνέγρα|ψεν Ἀντωνῖνος αὐτο|κράτωρ,
15 Εὐσεβὴς ὑ|πὸ τῆς πατρίδος καὶ | πάντων κληθείς[5], | ἀνενεγκὼν εἰς τὴν | βουλήν[6], συνκλήτου | δόγματι.

qua sententia item ad fidem tituli infringendam abusus erat B., neutiquam enuntiatur; id enim Attice παρὰ τὸν ἄνδρα potius esset. **3** Quin patricii significentur, nulla ex parte dubium est. Nam in senatorium ordinem recipi non poterat imperatoris beneficio, qui consulum filius et nepos inde a natalibus in eo ordine fuerat. Senatui ipsi vero interesse non poterat impubes, qualis Atticus natu minor erat Antonino Pio superstite (not. 5). Quod contra quominus inter patricios tunc allectum esse statuamus, nihil obstat. **4** Additur hoc cum propter illud quod proximo enuntiato dictum erat ἐν τῇ Ἑλλάδι, tum quia εὐπατρίδαι proprie erant Athenienses nobiles, inter quos puer Cerycum gentis egregium dignitatis locum tenebat. **5** Antoninum Pium (138—161) significari manifestum est, etsi Marco (161—180) aliquando inter alia cognomina hoc quoque datur; nam nusquam eo sic utitur, ut hic, ubi eo uno Antoninus ab aliis cognominibus distinguitur. [Similiter Paus. VIII 43, 5: τοῦτον Εὐσεβῆ τὸν βασιλέα ἐκάλεσαν οἱ Ῥωμαῖοι, διότι...] **6** Ridicule eo quod in senatum allectus esset, patricium factum hic dici arguit B., manifestum teneri existimans falsarium. Sed neglexit, ἀναφέρειν τινὰ εἰς τὴν βουλήν de eo in quem senatoris dignitas deferatur vix recte dici. Immo sic haec procedunt: Ἀντωνῖνος ὁ Εὐσεβὴς ἀνενεγκὼν εἰς τὴν βουλήν (i.e. cum rem ad senatum reiecisset sive de ea ad senatum rettulisset) συνκλήτου δόγματι τὸν παῖδα εἰς τοὺς εὐπατρίδας ἐνέγραψεν. Hic quoque manifesta vestigia sunt studii trita et simplicia vitandi, ut contortus ordo verborum et varietas qua de eodem consilio modo βουλή modo σύγκλητος usurpatur. Sed ut haec fidem tituli labefactent tantum abest, ut vel maxime Herodis ingenium hic agnoscamus. Ceterum sub ipsum imperii sui finem ab Antonino Pio Atticum (de quo cf. n. 862) inter patricios allectum apparet ex eis quae disputavi n. 856[1]. Dttb.

△**859—861. Statuae Herodis Attici eiusque familiae Delphis positae, med. saec. II.** In fundamento semicirculari, ante murum polygonium *C—D* effosso, in circuitu qui τῷ Γᾶς ἱερῷ attribuitur, prope fontem vel aquaeductum ex adyto per murum polygonium derivatum, exedram quandam cum statuis Herodis eiusque familiae exstructam fuisse sumpsit Bourguet, quae velut exemplum miserum Olympiae illius magnificentissimae sit habenda (Rev. ét. gr. XXV 1912, 12 et Ruines d. Delph. 145). Cui quamquam opinioni formae variae plinthorum, bathrorum, cipporum adversari videntur, tamen titulos omnes hic collegi qui ad rem facere possunt. [*Pio*]

△859. *A. B.* Herodes Atticus a Delphis (*A*) et Amphictyonibus (*B*) honoratus. — *A.* In plintho calcaria humili. Titulum notavit Homolle Bull. Hell. XX 1896, 724 (Inv. 996), ed. Foucart Rev. phil. XXV 1901, 91. — *B.* Fragm. calcarium; notavit Homolle l.l. (Inv. 653).

A [Βιβο]ύλλιον[1] Ἵππαρχον Τιβ.ϲ Κλαύδιον[1] | [Ἀττι]κὸν Ἡρώδην[2] Ἀθηναῖον[3], Ἀττικοῦ ὑπά|[του[4] υἱ]όν, ἡ πόλις ἡ Δελφῶν[5] φιλίας καὶ | [φιλο]ξενίας ἕνεκα.

B [-- δό]γματι Ἀμ[φικτυόνων -- | --] Βιβούλλιο[ν[1] Ἵππαρχον Τιβ. Κλαύδιον[1] Ἀττικὸν Ἡρώδην[2] | Ἀθηναῖον[3], Ἀττικοῦ ὑπάτου[4] υἱόν], τὸν ἑαυτῶ[ν εὐεργέτην][6].

△859. *C—E.* Statuae Appiae Regillae, uxoris Herodis. — *C.* Cippus calcarius; notavit Homolle Bull. Hell. XX 1896, 724 (Inv. 1658). Non vidi; in invent. vs. 4—9 omittuntur. — *D.* Fragmenta duo calcar., Inv. 1792 (= vs. 1) et 1830 (= vs. 2—6). — *E.* Fragm. calcar., Inv. 223, cuius vs. 2 et 3 in inv. omissos supplere et ad Regillam referre ausus sum; cf. n. 860 *A—C.*

C Ἀππίαν Ῥήγιλλαν[7], Κλαυ|δίου Ἡρώδου, τοῦ εὐ|εργέτου[6], γυναῖκα
10 καὶ | *vs. 4—9 in invent. desunt* -- (τὸ κοινὸν τῶν Ἀμφικτυόνων?) | καὶ ὁ δῆμος Δελφῶν Ἀπόλ|λωνι Πυθίῳ.

D Ἀππία Ἀννία Ἀτει|λία [Ῥήγιλλα[8] Καυ]|κιδ[ία Τερτύλλα,] | Ἀππ[ίου

1 De Vibulliis et Claudiis Marathoniis cf. n. 853[2] et quae de Herode Attico uberrime congessit Muenscher R-E VIII 921/54. 2 Cf. n. 854 cum not. 5. 3 Cum Herodes, cos. a. 143, nec ὕπατος nec ὑπατικός appelletur, statuae *A* et *B* fortasse ante a. 143 positae sunt. 4 Bis cos. suff. imperatoribus Traiano et Hadriano; cf. Philostr. vit. soph. II 1, 1 ὁ σοφιστὴς Ἡρώδης ἐτέλει μὲν ἐκ πατέρων ἐς τοὺς δισυπάτους (Groag R-E III 2677). 5 Munificentia Herodis erga Delphos notissima, cf. Philostr. l.l. 9 ἀνέθηκε δὲ καὶ τῷ Πυθίῳ τὸ Πυθοῖ στάδιον et Paus. X 32, 1: στάδιον δέ σφισιν ἀνωτάτω τῆς πόλεως τοῦτό ἐστιν· ἐπεποίητο δὲ ἐκ τῆς πέτρας, ὁποῖαι περὶ τὸν Παρνασσόν εἰσιν αἱ πολλαί, ἄχρι Ἀθηναῖος Ἡρώδης λίθῳ τῷ Πεντέλῃσιν αὐτὸ μετεκόσμησε. Quae verba ex confusione cum stadio Attico (Paus. I 19, 6) orta esse, iniuria statuerunt Homolle l.l. not. 4 (cf. Bull. Hell. XXII 1898, 564) et Muenscher l.l. 931. Viderat enim Cyriacus Anconitanus Delphis a. 1437 ‚*in sublimi Civitatis arce altissimis sub rupibus ornatissimum gradibus marmoreis hippodrom. D C p. longitudinis*‘ (Epigramm. p. XXVII). — Herodes haud dubie saepius Delphis versabatur, cf. Philostr. l.l. 25 ἦρξε δ' αὐτῷ τῆς πρὸς τοὺς Κυντιλίους διαφορᾶς, ὡς μὲν οἱ πολλοί φασι, Πυθικὴ πανήγυρις, ἐπειδὴ ἑτεροδόξως τῆς μουσικῆς ἠκροῶντο. Quae certamina ad Pythia anni 147 acutius quam verius referre studuit Muenscher l.l., nam Quintilii qui ante annum 151, quo consules facti sunt, ἄμφω τῆς Ἑλλάδος ἠρχέτην (Philostr. 25), illi Πυθικῇ πανηγύρει ut Graeciae praefectos adfuisse nusquam narratur. Ceterum Pythiis visitatoribus ab Herode saepius epulas datas esse e verbo [φιλο]ξενία (v. 4) concludas. 6 Cf. tit. C_2 cum B_4. 7 Cf. n. 856/8.
8 Cf. n. 857[1]. Utrum tit. *D* ad statuam Regillae an ad statuam ab illa positam referendus sit, non liquet. Cf. statuae subscriptionem IG III 1417 (Syll.[2] 888): Ἀππία Ἀννία Ῥήγιλλα, Ἡρώδου γυνή, τὸ φῶς τῆς οἰκίας.

5 ποντίφικος] | ὑπά[του[9] θυγάτηρ], | Ἡρώ[δου Μαραθωνί]ου ὑπάτου[10]
γυνὴ τοῦ | ἐξηγητοῦ --]

E [ψηφισαμένης τ]ῆς πόλεως τῆς Δελ[φῶν]
(Ἀππίαν[11] Ἀννίαν Ἀτειλίαν Ῥήγιλλαν Καυκιδίαν)
(Τερτύλλαν, Ἀππίου ὑπάτου ποντίφικος θυγατέρα),
[Ἀττικοῦ Ἡρώδου] γυναῖκα ×××××[ὁ ἀνήρ].

△860. **Herodis Attici liberi a Delphis honorati, med. saec. II.** [*Pw*]

A. Herodis filius minor natu Regillus. In pila calcaria. Tit. ex Παλιγγενεσίᾳ 24. Aug. 1877 repetitus est Bull. Hell. I 1877, 409 n. 2. Exscripsi.

ψηφισαμένης τῆς πόλε|ως τῆς Δελφῶν Λούκιον | Βιβούλλιον Ῥήγιλ-
5 λον[12] Κλαύ|διον, Ἡρώδου καὶ | Ῥηγίλλης υἱόν, ὁ πατήρ.

B. Herodis filia maior natu Elpinice. In plintho calcaria supra cymatium (ad dextram anathyrosis). Titulum notavit Homolle Bull. Hell. XX 1896, 724 (Inv. 206 + 1029). Exscripsi.

[ψηφισαμένης τῆς πόλ]ε̣ως τῆς Δελφ[ῶν]
[Ἀππ]ίαν[13] Κλαυδίαν (*immo* Ἀννίαν) [Ἀτει]λίαν Ῥήγιλλαν Ἀγριππ[εῖ]-
ναν Ἐλπινίκην Ἀτρ[ίαν] Π̣ώλλαν, Ἡρώδου καὶ Ῥηγ[ίλ]-
λης θυγατέρα, ×××ὁ̣ [π]ατήρ.

C. Herodis filia minor natu Athenais. Basis calcaria. Titulum notavit Homolle l. l. (Inv. 3997). Exscripsi.

ψηφισαμένης τῆς πόλεως τῆς | Δελφῶν Μαρκίαν[14] Ἀννίαν (*immo* Κλαυ-
δίαν)[15] Ἀλκίαν | Ἀθηναῖδα ⟨Λ⟩(Γ)αβιδίαν Λατιαρίαν, | Ἡρώδου καὶ
5 Ῥηγίλλης θυγατέρα, | ××××ὁ πατήρ.

△861. **Herodis Attici alumnus Polydeucio statua Delphica donatus, med. saec. II.** Cippus marmoreus, postea in alium usum conversus, habet in parte aversa titulum 903 *D*. — Tit. notavit Homolle Bull. Hell. XX 1896, 724 (Inv. 3251). Exscripsi. [*Pw*]

5 ×Δελφοὶ ☙ | Βιβούλλιον | Πολυδευκί|ωνα[16] σωφρο|σύνης ἕνεκα, τὸν Ἡρώ|-
δου ἥρωα. ☙

---

9 De Appio patre cf. n. 857[2]. 10 De Herode cos. 143 cf. n. 857[3].
11 De supplementis vs. 2/3 cf. tit. *D* et n. 857. 12 De Regillo cf. tit. Olympicum infra n. 865. 13 Fere consentit tit. Olympicus infra n. 863, ubi cf. not. 1. A scriba Delphico nomina B_2 Κλαυδίαν et C_2 Ἀννίαν errore esse permutata patet; filia enim maior natu nomina materna acceperat, cf. n. 863[1].
14 Consentit fere tit. Olympicus infra n. 864, ubi cf. nott. 1 et 2. 15 De verbis Ἀννίαν et Κλαυδίαν (B_2) permutandis cf. not. 13. 16 Polydeuces, Herodis discipulus et alumnus, praematura morte abreptus, multis statuis

titulisque ab illo honoratus est, cf. e.g. IG III 1418: ἥρως Πολυδευκίων. | ταῖδέ ποτ' ἐν τριό|δοις σὺν σοὶ ἐπε|στρεφόμην, et ibid. 810: ἥρωα Πολυδευκίωνα .. οἱ ῥαβδοφόροι et ibid. 811: [ψηφίσματι τῆς] βουλῆς καὶ τοῦ δήμ[ου τοῦ Ῥαμνο]υσίων Ἡρώδης Βιβούλλιον Πολυδευκίωνα Ἱππ[άρχου υἱόν ἐκ τῶν ἰδ]ίων, ὁ θρέψας καὶ φιλήσας ὡς υἱόν, τῇ Νεμέ[σει], ᾗ μετ' αὐτοῦ ἔθυεν, εὐ[με]νῆ καὶ ἀείμνηστον, τὸν [ἑαυτοῦ τρό]φιμον et ibid. 813: .. ὅτι ἐνθάδε καὶ περὶ θήραν εἶχον. Cum titulis consentiunt verba Philostr. l.l. 24: ἀλλ' Ἀθηναίοις ἀπάνθρωπα ἐδόκει ταῦτ' οὐκ ἐνθυμουμένοις τὸν Ἀχιλλέα καὶ τὸν Πολυδεύκην καὶ τὸν Μέμνονα, οὓς ἴσα γνησίοις ἐπένθησε τροφίμους ὄντας .. εἰκόνας γοῦν ἀνετίθει σφῶν θηρώντων καὶ τεθηρακότων καὶ θηρασόντων τὰς μὲν ἐν δρυμοῖς, τὰς δ' ἐπ' ἀγροῖς, τὰς δὲ πρὸς πηγαῖς, τὰς δὲ ὑπὸ σκιαῖς πλατάνων, οὐκ ἀφανῶς, ἀλλὰ ξὺν ἀραῖς τοῦ περικόψοντος ἢ κινήσοντος. Quae dirae cum in statuis IG III 1417—1422 longiores legantur, hos titulos ibi iniuria a Dittenbergero inter sepulcrales esse recensitos apparet.

862. Bradua Atticus, Herodis Attici filius fin. saec. II. In Piraeo, nunc ibid. in museo. Basis. Ed. Lolling Ath. Mitt. VI 1881, 309 (Syll.² 400). [*Ki*]

οἱ τὸν Πειραιᾶ κα|τοικοῦντες πο|λῖται[1] Τιβ. Κλ. Ἄππιον | Ἀτείλιον Βρα-
5 δούᾳ|αν Ῥήγιλλον Ἀτ|τικὸν Μαραθώ|νιον[2] εὐπατρίδην[3], | τὸν εὐεργέτην. |
10 ἐπιμεληθέντος τῆς ἀ|ναστάσεως Σαλβίου τοῦ | Ἑρμέρωτος Γαργηττίου[4].

1 Non demus Piraeensium, sed omnes quotquot in oppido Piraeo habitant cives communi decreto hoc monumentum dedicarunt. Quam rem Athenis quidem singularem esse, sed in Asiae minoris civitatibus similia occurrere monet L. 2 Herodis Attici filius qui unus ex quattuor liberis patri superstes fuit. Hic omnia nomina, quae ex familia paterna et materna derivantur, coniunctim habes, alibi plerumque nonnulla omittuntur. Cf. I. Olympia 623: Μ. Ἀτείλιον Ἀττι[κὸν] | Βραδούαν Ῥήγιλλον, Ἡρώδου καὶ Ῥηγίλλης υἱόν, | [ἡ π]όλις [ἡ τ]ῶν [Ἠλε]ίων. Consul ordinarius fuit 185 (Prosop. Rom. I 348 n. 640), archon eponymus Athenis 192/3. Cf. IG III 1145. Nam qui illic Τιβέριος Κλαύδιος Βραδούας Ἀττικὸς Μαραθώνιος vocatur quin a me olim recte pro Herodis Attici filio habitus sit, post lapidem Piraeensem inventum nemo iam dubitabit, quandoquidem nulla re nisi omissis nominibus Ἄππιος Ἀτείλιος Ῥήγιλλος ab eo differt tabula ephebica; vice versa in titulo Olympico Τιβέριος Κλαύδιος desunt. Post consulatum eum proconsulem Asiae fuisse indicat CIG 3189: [ὁ] νεωκόρος Σμυρναίων | δῆμος ἐτείμησεν | Μᾶρκον Ἀττίλιον Βραδούα, | τὸν ἀνθύπατον, | ἐπιμεληθέντος Μάρκου | Αὐρηλίου Περπέρου τοῦ | ἐπὶ τῶν ὅπλων στρατηγοῦ. Nam cum praenomen *Marcus* etiam titulus Olympicus testetur neque maior minorve nominum numerus omissus quicquam offensionis habeat, non est quod de alio homine ceteroqui ignoto cogitetur. Dttb. 3 Cf. n. 858_{10}. 4 Eiusdem familiae duo ephebi recensentur IG III 1145 col. II 17 Ἑρμέρως Ἀ[σμένου Γαργήττιος] et Σάλβιος Ἀθ[.. Γαργήττιος] in tribu Aegeide. Item ad eam pertinet sacerdos Γλύκη Ἑρμέρωτος ἐκ Γαργηττίων Syll.² n. 739_{50}. L.

863. Elpinice Herodis Attici filia med. saec. II. Olympiae. Basis marmoris Pentelici. Ed. Dittenberger * I. Ol. 624 (Syll.² 401). [*Ki*]

Ἀππίαν Ἀννίαν Ἀτειλία[ν] | Ῥήγιλλαν Ἐλπινείκην Ἀγριππεῖναν | Ἀτρίαν Πόλλαν[1], Ἡρώδου καὶ Ῥηγίλλης | θυγατ[έρα, ἡ πόλις ἡ τῶν Ἠλείων][2].

Litteratura praeter recentiores formas ϵϴϵω gracili et procera litterarum figura insignis et ductu ad Latinae scripturae similitudinem accedente.

1 Herodis et Regillae filia natu maior (v. ad n. 864) praeter materna nomina *Appia Annia Atilia Regilla* (n. 857) cognomen *Agrippina* ab avia paterna (n. 854[7]) acceptum et *Atria Polla* a nescio quibus Regillae matris cognatis repetita gerit. Quod primarium est nomen *Elpinice*, parentum arbitrio impositum videtur. Elpinicen matri superstitem fuisse, sed ante patrem decessisse constat; Philostr. Vit. soph. II 1, 10 p. 66 Kays. Dittenberger Herm. XIII 1878, 79. 84. Eius tit. Delphicus n. 860 *B*. Eius titulus sepulcralis IG III 1333: [Ἀ]ππία Ἀννία Ἀτ]ειλία | [Ῥήγιλλα Ἀγρ]ιππεῖ[ν]α Ἐλπι[νείκη] Ἀτρία Πῶλλα [Λουκίου Οὐι]βουλλίου Ἱππάρχου Τι[βε]ρίου | Κλαυδί]ου Ἀττικοῦ Ἡρώδου Μαραθωνίο[υ | ὑπ]άτου θυγάτηρ καὶ Ἀν[ν]ία[ς | Ἀππίας] Ῥηγίλλης, Ἀππίου [ὑπά]του [θυγ]ατρ[ός] ex restitutione Foucarti Rev. phil. 1901, 91. Etenim Οὐιβουλλίου Ἱππάρχου additamentum est ad nomen Tiberii Claudii Attici Herodis appositum. Colligitur hoc ex tit. Delphico n. 859 *A*. Idem probat tit. latinus nuper prospera fortuna in Suecia repertus, quem nobiscum communicavit Nilsson: L. VIBVLLIVM · | HIPPARCHVM · TI · | CL · TI · F · QVIR · ATTICVM | HERODEN. Q̄ · IMP · CAESARIS | HADRIANI · AVG · INTER · AMI | COS · TRIB · PLEB · PRAETOREM. Id est: L. Vibullium Hipparchum Ti(berium) Cl(audium) Ti(berii) f(ilium) Quir(ina) Atticum Heroden q(uaestorem) imp(eratoris) Caesaris Hadriani Aug(usti) inter amicos trib(unum) pleb(is) praetorem. De quaestoribus Augusti cf. Dessau Inscr. lat. sel. 1000. 1025. 1032 et saepius.

2 Cum statua Olympica erigeretur, sane infans fuit Elpinice; nam exedra dedicata est intra annorum 147—150 spatium (sed cf. Realenc. VIII 935_{26}), non ita multis annis post Herodis et Regillae matrimonium. At cum duae bases initio vacuae relictae essent, multis annis post eis incisae sunt alia litteratura et multo minore diligentia inscriptiones Λ. Βιβούλλιος Ἵππαρχος (I. Olympia 627) et Ἀθηναῖς Ἱππάρχου θυγάτηρ (ib. 628). Qui quinam fuerint incertum est.

864. 865. Marcia Claudia Alcia Athenais, Herodis Attici filia. L. Claudius Vibullius Regillus, Herodis Attici filius med. saec. II. Olympiae in exedra Herodis et Regillae. Basis marmoris Pentelici. Ed. Dittenberger * I. Ol. 625. 626 (Syll.² 402. 403; Dessau Inscr. lat. sel. 8824[b]). [*Ki*]

864 Μαρκίαν Κλαυδίαν Ἀλκίαν | Ἀθηναῖδα[1] Γαβιδίαν Λατιαρίαν[2], | Ἡρώδου καὶ Ῥηγίλλης θυγατέρα, | ἡ πόλις ἡ τῶν Ἠλείων.

1 Cf. tit. Delph. n. 860 *C*. Hanc natu minorem filiam Herodis et Regillae fuisse inde apparet quod cum fratre in una eademque basi constituta fuit,

865 Λ. Κλαύδιον | Βιβούλλιον Ῥήγιλλον | Ἡρώδην 3, Ἡρώδου | καὶ Ῥηγίλλης υἱόν, | ἡ πόλις ἡ τῶν Ἠλείων.

cum Atticus (n. 862) et Elpinice (n. 863) suam uterque separatam haberent; cuius rei nulla potest causa cogitari nisi tenera infantium aetas. Patris nomen gentile (*Claudia*), aviae paternae cognomen (*Alcia*) gerebat; quae praeterea Latina nomina comparent (*Marcia*, *Gavidia Latiaris* cf. not. 2) sine dubio ad matris Regillae propinquos redeunt, Graecum Ἀθηναῖς iam superiore aetate in illa familia demi Marathonii fuisse demonstrat titulus IG III 664: ἡ [ἐξ Ἀρ]είου πά[γου βου]λὴ καὶ ἡ βουλὴ | τῶν ἑξακοσίων καὶ ὁ δῆμος Κλαυ|δίαν Ἀθηναῖδα εὐεργεσίας ἕνεκεν, quo Herodis Attici amitam designari probabile est. Dittenberger Herm. XIII 1878, 86. Philost. Vit. soph. II 1, 10 p. 65 Kays. hanc filiam Panathenaida vocat, deceptus memoria propter splendida illa patris de Panathenaeorum sacris merita; eam infantem decessisse parentibus superstitibus narrat idem. Eiusdem titulos habes Atticos IG III Add. 894 a: τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς ψηφισαμένης Μαρκίαν Ἀθηναῖδα Κλ. Ἡρώδου Φλ. Μάκερ φίλου καὶ διδασκάλου θυγατέρα et Ath. Mitt. XXXIII 1908, 210: Δομιτιανὸς Ἀθηναῖδα Ἡρώδου τοῦ διδασκάλου τὴν θυγατέρα. Cf. Prosop. imp. Rom. II 341 n. 191. 2 Hinc Mommsenus collegit Regillam necessitudine quadam attigisse illam familiam, cuius est *P. Tebánus P. f. Quir(ina) Gavidius Latiaris, quaestor Divi Claudii, tr(ibunus) pl(ebis), pr(aetor), per omnis honores candidatus Augustór,um)* CIL IX 3602 = Dessau Inscr. lat. sel. 973. Λατιαρία ut Φρετηνσία (*Fretensis*), Ναρβωνησία (*Narbonensis*), cf. Herm. VI 1872, 148. 3 Huius filii natu minoris, qui omnino Herodis et Regillae liberorum primus fato functus videtur (Herm. XIII 1878, 83), titulus Delphicus, praeter ordinem nominum leviter immutatum cum Olympico consentiens, exstat n. 860 *A*.

△**866. Aegialensium decretum consolatorium, a. 153.** Aegialae in Amorgo, inter parietinas templi Minervae Poliadis. Edd. Ra et et Paris Bull. Hell. XV 1891, 572, 1; Delamarre IG XII 7, 396; cf. Wilhelm AEMOest. XX 1897, 88; Buresch Rh. Mus. XLIX 1894, 440; Norden Ant. Kunstprosa I² 449. [*Hi*]

Μειλησίων τῶν Ἀμοργὸν Αἰγιάλην | κατοικούντων 1 ἔδοξεν ἄρχουσι, |

Decreta consolandi gratia inde a primo p. Chr. saeculo facta esse iam n. 796 *B C* (Atheniensium) docuerat; multa et Asiae urbes et Amorgi oppida offerunt exempla. Pleraque ex his male concepta et pessime incisa mendis lacunisque scatent; sed etiam sermonis et scripturae barbaries exemplorum, quae neoterismo sive Asianismo attribuuntur (Norden, cf. Buresch), depravatam sane indolem reddunt. Putidae sermonis elegantiae in carminibus sepulcralibus tunc Amorgi conditis redeunt. Ultimum quod novimus placitum Arcesinensium est anni 242 πρὸ γ' εἰδῶν Δεκεμβρίων n. 889.

1 Milesii quando Aegialen condiderint coloniam, parum constat; sed neque ante secundum sive primum a. Chr. saeculum nec post Augusti aevum deduxisse videntur. A Milesiis receperunt Saliorum (μολπῶν) in-

5 βουλῇ, δήμῳ· γνώμη στρατηγῶν | καὶ δεκαπρώτ(ων)[2] ἐχόντων[3] | καὶ
τὴν πρυτανικὴν ἐξου σίαν· ἰσηγησαμένου τὸ ψήφισ[μα Σ]ερα πίωνος τοῦ
10 Σε[ραπί]ωνος], ἐπιψηφισαμένου δὲ Ἰ[άσο]νος τοῦ Στράτωνος· | Ἀριστέαν
τοῦ[4] Π[ρείμ]ου ἀνδρὸς εὖ γεγενημένου [πάσαις][5] | τε ἀρχαῖς τε καὶ
λιτουργίαι[ς][5] | ταῖς παρ' ἡμεῖν ἐν τῇ πατρίδι | ἐπιτελέσαντος, σεμνόν |
15 τε καὶ ἡσύχιον βίον παρ' ὅλον τὸ[ν] | τῆς ζωῆς αὐτοῦ χρόνον διενέν|-
κας[6], ὡς δὴ ὑπὸ πάντων τῶν πα|ρ'[7] ἡμεῖν πολειτῶν μαρτυρεῖται |
20 διὰ τὸ ἀξιοφίλητον αὐτοῦ ἦθος, | συνβέβηκεν οὖν τὸ ἐπὶ πάντων | ἀν-
θρώπων εἰμαρτόν, ἔτι ἀκμ[α]ζούσης τῆς ἡλικίας τὸν Ἀριστέ|αν μεταλ-
25 λά(ξαι)[8] τὸν ἐξ ἀνθρώπ[ων] | βίον, καταλιπὼν[9] τέκνα ᾧ[10] καὶ | λύπην
Ἀριστέᾳ τῷ αὐτοῦ πρω παντελές, τὸ δὲ ἕτερον ἔτι ὂν | νήπιον παντε-
30 λῶς· διὸ δὴ δεδόχθαι διὰ τοῦδε τοῦ ψ[ηφί]σματος, | παρηγορῆσαι
αὐτοῦ τά τε τέκνα | καὶ τοὺς συνγενεῖς καὶ φίλους | φέριν συνμέτρως τὰ
τῆς λύπης, | εἰδότας ὅτι ἀπαραίτητός ἐστιν | ἡ ἐπὶ πάντων ἀνθρώπων
35 ὡρισ|μένη μοῖρα. περὶ τοῦ αὐτοῦ ἐγρά|φη ἁπλᾶ ψηφίσματα δύο,
ἐξ ὧν | τὸ ἓν ἐπεδόθη ἐπὶ τὸ ἀρχεῖον[11]. | ἐγένετο ἐν Ἀμοργῷ |
40 Αἰγιάλῃ πρὸ δέκα | δύο καλανδῶν Δεκεν|βρίων [Βρ]ουττίῳ Λατε|ρανῷ
καὶ Ἰουνίῳ Ῥου|φείνῳ ὑπάτοις[12]. Σεραπί|ων Σεραπίωνος ἰσσηγησά|-

stitutum et στεφανηφόρου magistratus nomen, cf. IG XII 7, 418 cum Haussoullieri aliorumque notis, et Milesiorum legem n. 57. Comparandae sunt Milesiorum insulae Leros Lepsia Patmos Corsiae (Haussoullier Rev. phil. XXVI 1902, 125). 2 ων excidit. 3 IG XII 7, 400_3: δε]καπρώτων, ἐχόντων δὲ καὶ τὴν πρυτανικὴν ἐξουσίαν. 4 Melius τόν. 5 Dativi perperam pro accusativis positi. 6 Nominativus, si cum editoribus ad filium refertur, pro accusativo διενένκαντα usurpatus. 7 Nota elegantem syllabas dirimendi morem per totum decretum observatum. 8 Pro litteris ξαι vacuum est spatium. 9 Accusativus desideratur -πόντα. Sententiarum nexum non tam auctoris quam quadratarii inscitia corrupisse videtur, quippe qui exemplar male scriptum et correctionibus turbatum typothetae pravi instar parum enucleaverit. Debebat fere καταλιπόντα τέκνα ὀρφανά (not. 10), ὧν τὸ μὲν παντελές (quod haud scio an non ex insequenti παντελῶς ortum et meliori voci substitutum sit), τὸ δὲ ἕτερον ἔτι ὂν νήπιον παντελῶς, sed admixta est alia sententia: καταλιπὼν λύπην Ἀριστέᾳ τῷ αὐτοῦ υἱῷ (hoc in ΠΡW corruptum vidit Del.). 10 Pro W exspectamus ὀρφανά, cf. IG XII 7, 383 καταλιποῦσα τέκνα ὀρφανά. 11 Intelligendum esse: τὸ δὲ ἕτερον ἔλαβεν Ἀριστέας (filius, cf. v. 25), docet decretum Arcesinensium IG XII 7, 53_{36}: περὶ τοῦ αὐτοῦ ἐγράφησαν ἁπλᾶ ψηφίσματα δύο, ἐξ ὧν τὸ ἓν ἀπετέθη ἰς τὰ ἀρχεῖα, τὸ δὲ ἕτερον ἔλαβεν ὁ Ἑρμῆς. Rem ipsam exemplis et commentario illustravit Wilhelm Beitr. 260/1 et aliis locis.

12 Anni 153 consules fuerunt C. Bruttius Praesens et A. Iunius Rufinus. Sed temere irrupit T. Sextii Laterani nomen, qui anno insequenti consulatum est adeptus. Homolle ap. Radetum; cf. Prosopogr. imp. R. I 241, 135.

45 μην, Ἰάσων Στράτωνος ἐπε|ψηφισάμην, Ἐπικράτης Ἀγαθεί|νου ἄρχων τὸ γ' ἐδογμάτισα καὶ ἀπεδεξάμην.

---

867. C. Popillii Cari Pedonis edictum de Diana Ephesia, c.a. 160. Ephesi; nunc partim Oxonii, partim Londini. Edd. inferiorem partem Oxoniensem * CIG 2954, Le Bas-Wadd. III 137/9; totum Hicks Brit. Mus. III, CCCCLXXXII et p. 294 (Syll.² 656); cf. Waddington Fastes prov. As. n. 147. [*Hi*]

a [Γάϊος Πο]πίλλιος Κᾶρος Πέδω[ν][1] | ἀνθύπατος λέγει[2]· | [ἔ]μαθον ἐκ
5 τοῦ πεμφθέντος [πρός] | με ψηφίσματος ὑπὸ τῆς λαμπροτ[ά]|της Ἐφεσίων βουλῆς τοὺς πρὸ ἐμ[οῦ] | κρατίστους ἀνθυπάτους ἱε[ρὰς] | νομίσαι τὰς ἡμέρας τῆς [πα]νη[γύρεως | τ]ῶν Ἀρτε[μισίων], καὶ τοῦτο διατά|γματι
10 δεδηλωκέναι[3]· ὅθεν ἀναγκαῖ|ον ἡγησάμην καὶ αὐτὸς ἀποβλέ|πων εἴς τε τὴν εὐσέβειαν τῆς θεοῦ | καὶ εἰς τὴν τῆς λαμπροτάτης Ἐφε|σίων
ἱερὰ γράμματα[1]. | [δ]οκεῖς ἡμεῖν τὸ δόγμα | [τ]ῆς συγκλήτου[2] ἀγνο|[εῖ]ν,
5 ὃς, ἐὰν μετ' ἐμπεί[ρ]ων συναντιβάλῃς[3], | [ε]ἴσῃ μὴ εἶναι ἐπάναγ[κ]ες
10 συγκλητικῷ | [δ]ήμου Ῥωμαίων[4] ἄκον[τι] ξένον ὑποδέχε[σ]θαι[5]. ἐδόθη |

Textus latinus: *sacra[e litt]erae(s). videris [nobi]s s. co. ignora[re qu]i si cum peritis [cont]uleri[s], scies s[ena]tori p. R. necess[e no]n esse invito [hos]pitem susci[pere]. dat. pri[d. Kal.] Iun. Rom[ae Fab]io Ci[lone I]I et [Anni]o [Libo]ne coss.* 1 Litterae datae ab L. Septimio Severo et M. Antonino (Caracalla) imperatoribus a. 204 (not. 8). Et vocis ἱερός (*sacer*) usus de eis quae imperatoris sunt, neutiquam rarus ille quidem, et haec compendiaria argumenti significatio, omissis ipsius epistulae praescriptis, redeunt in titulo Eph. epigr. VII 416 (*exemplum sacri edicti*); alia exempla ap. Wilh. Non publico consilio epistula lapidi incisa est, sed privatim in pariete illius domus cuius immunitatem confirmat. 2 De hoc senatusconsulto nihil alibi traditur. Hirschfeld et Mommsen. 3 Hinc cum mihi apparere videretur, ad hominem neque iuris neque sermonis Romanorum satis peritum haec scripta esse, sumpsi Parios sive per magistratum suum sive per nescio quem privatum (cf. n. 888) querellam ad imperatorem detulisse, quod domus senatoris Romani in ipsorum insula sita illo munere hospites recipiendi (cf. not. 5) liberaretur. Ad hunc datum esse rescriptum principum. Probavit hanc opinionem O. Hirschfeld; Mommsenus proconsuli haec scripta coniecit, ἐμπείρους de eius assessoribus interpretatus. Sed cum nulla hic desideretur accuratior iuris peritia, sed una facultas senatusconsulti Latine scripti recte intellegendi, praesidem provinciae ab imperatoribus inter huius rei imperitos haberi mihi persuadere nequeo. Dttb. 4 Cf. Cic. pro Caecina 10, 28: *decimo vero loco testis exspectatus et ad extremum reservatus dixit, senator populi Romani, splendor ordinis, decus atque ornamentum iudiciorum, exemplar antiquae religionis, Fidiculanius Falcula.* Sollemnis est appellatio, quae

α' καλ. Ἰουνί. Ῥώμῃ, | [Φα]βίῳ[6] Κείλωνι τὸ β' καὶ | [Ἀ]ννίῳ Λίβωνι[7] ὑπάτοις[8].

apud Ciceronem acerbam irrisionem habet, hic vero dilucidius etiam, quam simplici συγκλητικός fieret, senatorem Romanum a civitatum Graecarum buleutis distinguit. 5 Inter munera civium et incolarum per civitates imperii Romani ἐπισταθμία, i.e munus hospitis domo recipiendi commemoratur (Kuhn städt. und bürgerl. Verf. des röm. Reichs I 61[417]); quo cum legitime quidem non uterentur nisi qui mandatu magistratuum in oppidum venerant, tamen multifariam milites pro arbitrio id a provincialibus exegisse videmus n. $888_{35.41.62.78}$. Quod quoniam molestissimum erat onus, magnopere cavendum erat civitatibus, ne immunitatibus iniuria usurpatis etiam in angustiorem domorum numerum coartaretur. Id causae fuit Pariis querendi, quod senatoris cuiuspiam domui parceretur. Sed id iure fieri ab imperatoribus docentur. Atque in universum quidem senatores Romanos vacationem munerum municipalium habuisse constat (Kuhn I 174), sed de hoc potissimum munere nullum exstat testimonium, nisi quod ex codice Theodosiano VII *tit.* 8 *de metatis* 1: *Imp. Constantius* (codd. *Constantinus*, em. Gothofredus) *ad Senatum. Invitis senatoribus nostris in eorum domibus nullus hospitali iure commaneat*, a. 359 ab imperatore senatui Constantinopolitano idem privilegium, quo Romanus iampridem utebatur, concessum discimus. 6 Suppl. Dttb. Homo est inter illorum temporum nobilissimos, pleno nomine L. Fabius Cilo Septiminus Catinius Acilianus Lepidus Fulcinianus; cf. Prosop. imp. Rom. II 45, 20. 7 M. Annius Flavius Libo. Cf. Prosop. I 64, 487. 8 A. 204.

△882. Arcadum commune, a. 212/13. Olympiae. Ed. Dittenberger I. Ol. 473 (IG V 2 p. XXXII_{166}). [*Hi*]

5 ἀγαθῇ τύχῃ. | Κλαυδία Τύχη, | Τιβ. Κλαυδίου | Τερτύλλου καὶ | Αἰμιλίας
Φιλοξέ|νας θυγάτηρ, Κλει|τορία[1] καὶ Ἠλεία, ἱέρει|α Δήμητρος[2] καὶ |
10 ἀρχιέρεια διὰ βίου | τοῦ κυρίου ἡμῶν | Αὐτοκράτορος | καὶ τοῦ κοινοῦ
15 τῶν | Ἀχαιῶν, καὶ ἑστία[3] | διὰ βίου τοῦ κοινοῦ | τῶν Ἀρκάδων[4] | ἐπὶ
τῆς σμζ' | Ὀλυμπιάδος[5]. | ψ. β.[1]

1 Arcadicae urbis aevo imperatorum haud ignobilis; cf. IG V 2, 369 et p. 86. 2 Paus. VI 20, 9 θεᾶται γυνὴ τὰ Ὀλύμπια, ἱέρεια Δήμητρος Χαμύνης, τιμὴν ταύτην ἄλλοτε ἄλλη λαμβάνουσα παρὰ Ἠλείων. Cf. 21, 1; I. Ol. 485_3 [Χ]αμυναίας. 3 Sacerdotis nomen apud Thyrrhenses Acarnaniae IG IX 1, 486 (πρύτανις, ἑστία, ὑποπρυτάνιες, μάντις, αὐλητάς, alii) et Spartanos IG V 1, 493: ἑστίαν πόλεος καὶ θυγατέρα γενομένην. Cf. Wilhelm Beitr. 216, 204. 4 Arcadia foederis Achaici partem effecerat; postquam Hadrianus Antinoum inter deos relatum ad Arcadicam stirpem revocavit (a. 130: IG V 2 p. XXXII), Mantineam restituit (n. 841[3]), Arcadum foedus restitutum est. Pausanias VIII 23, 1. 23, 1, c.a. 175 Arcadiam et Ἀργολικὸν συνέδριον (i.e. Achaeorum foedus, cuius sedes tunc erat Argis), distinguit; huic at-

tributae erant Alea et Stymphalus. Olympia ipsa apud Philostratum in Apollonii vita (I 35. V 8) ante a. 217 scripta et alibi Arcadiae attribuitur (IG V 2 p. XXXIII$_2$). Quae secundum titulum nostrum inter Arcades et Achaeos ratio intercesserit, parum constat. 5 Olympiadis anni 209—213; sed unus αὐτοκράτωρ i.e. Caracalla Getam iam mortuum esse indicat. Est igitur post d. 26 m. Febr. a. 212. Dttb.

883. Caracallae ad Philadelphenses epistula, a. 213/7. Philadelphiae Lydiae. Marmor candidum in templi figuram elaboratum, cuius in epistylio versus primus, infra eum inter columnas duas Ionicas reliquus titulus. Edd. Kontoleon Νέα Σμύρνη 30. Αὴγ. 1891 (Rev. ét. Gr. IV 1891, 297, 2); Buresch Wochenschr. class. Philol. VIII 1891, 1242 (Syll.^{2} 416; Lafoscade Epist. Imp. 35, 78); Buresch Aus Lydien 15, 13. [*Hi*]

Ἀντωνεῖνός σ' ἔκτιζε[1].

5 Αὐτοκράτωρ | Καῖσαρ Μᾶρκος | Αὐρήλιος Ἀντωνεῖ|νος Εὐσεβὴς Σεβα-
σ|τὸς Παρθικὸς μέγισ|τος Βρεταννικὸς μέ|γιστος Γερμανικὸς | μέγιστος[2]
10 Αὐρηλίῳ | Ἰο[υλιανῷ][3] τῷ τιμι|ωτάτωι χαίρειν· | εἰ καὶ μηδεὶς αἱρεῖ |
15 λόγος[4] τὸν Φιλαδελ|φέα Ἰουλιανὸν ἀ|πὸ τῶν Σαρδιανῶν | εἰς τὴν τῆς

1 Haec si recte exscripta sunt, spectant ad templum cuius hic lapis effigiem exhibet; nam neocoriam a Caracalla Philadelphensibus concessam esse infra v. 20 sqq. refertur. Offensioni est pronomen personae secundae de monumento cui haec incisa sunt usurpatum; quare vide ne Σ mero errore duplicatum [an pro μ' lectum?] sit. 2 Germanici Maximi nomen M. Antoninus assumpsit sub finem anni 213 (v. Rohden Realenc. II 2447), occisus est m. Aprili 217 (ibid. p. 2450). Per ipsa huius quadriennii initia has litteras ad Philadelphenses datas esse apparet ex v. 28. 29 (not. 8).

3 Recte hoc nomen hic et v. 24 ex vestigiis in lapide exstantibus restituit B. Apparet tamen hunc Iulianum, ad quem epistula data est, distinguendum esse ab homine cognomini (v. 14) cuius de rebus hic agitur. Ille videtur aut summus magistratus aut certe aliquis ex principibus Philadelphensium esse, cuius precibus et gratia illi potissimum id quod ab imperatore petebant impetraverunt. Dttb. [Immo unus idemque fuerit Iulianus, quem v. 10 emphatice appellavit imperator. De Iulianorum nominibus quae in Sardianorum et Philadelphensium nummis Geta, Caracalla, Alexandro imperantibus cusis leguntur cf. Buresch Lyd. 17; Imhoof-Blumer Lyd. Stadtm. 126, 41. Hi.]. 4 Formula apud Herodotum potissimum et Platonem non infrequens plerumque quidem de ratione usurpatur quae probet aliquid esse, sed nonnunquam etiam de ea quae cogat aliquid facere. Cf. Hdt. IV 127: πρότερον δέ, ἢν μὴ ἡμέας λόγος αἱρῇ, οὐ συμμείξομέν τοι. I 132. VII 41. Plat. Resp. X 607 B. Illic sane semper accusativus subiecti additur, infinitivus ex conexu sententiarum suppletur, hic vice versa; sed id nihil habet offensionis. Negat igitur imperator ullam esse rationem, quare necesse sit id facere quod Aurelius Iulianus ab ipso petivit; id licere non negat, ideoque libenter ei gratificatur.

πατρί|δος μεταθεῖναι φι|λοτειμίαν[5], ἀλλ' ὅμως | σὴν χάριν ἡδέως |
20 τοῦτο ποιῶ, δι' ὃν καὶ | τὴν νεωκορίαν αὐ|τὴν[6] τοῖς Φιλαδελ|φεῦσ[ιν
25 δέ]δωκα[7]. | ἔρρωσο Ἰουλι[ανὲ] | τιμιώτατέ μοι καὶ φίλ|τατε. |
ἀνεγνώσθη ἐν τῷ | θεάτρῳ ἔτους σμε'[8], μη|νὸς Ἀπελλαίου ε'.

5 Philadelphensis fuit origine hic alter Iulianus [? not. 3], sed Sardibus tunc domicilium habuisse videtur. Iam cum φιλοτιμία, φιλοτιμεῖσθαι illa aetate praecipue de munificentia usurpetur quae in sumptuosis honoribus municipalibus suscipiendis cernebatur, huius potissimum generis de Iuliano controversia inter civitates fuisse videtur. Atque eis quae infra scripta sunt (cf. not. 6) maxime probabile fit sacerdotium imperatoris ut in patria potius quam Sardibus ille gereret petitum esse. Dttb. 6 Pronomen demonstrat, id quoque de quo nunc agitur ad neocoriam, i.e. ad templum et sacra imperatoris spectare. 7 Cum in nummis Hadriani, M. Aurelii, Faustinae, Commodi, Septimii Severi, Getae ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ scriptum sit nullo adiecto honoris vocabulo, contra in Caracallae, Iuliae Domnae, Iuliae Maesae, Severi Alexandri, Mameae, Gordiani aliorumque principum posteriorum ΝΕΩΚΟΡΩΝ adiciatur, eorum testimonia egregie concinunt cum hoc titulo. Quod vero W. Buechner de neocoria 110 propter unum nummum (Mionnet IV 104, 571) cum titulo Ἀντινόου Ἥρως. ἐπὶ Αἴλ. Καπίτωνος ἄρχ. τὸ β'. Φιλαδελφέων νεωκόρων hanc neocoriam multo antiquiorem esse statuit, utique fallitur, sive nummi fides dubia est, sive de aetate non recte coniectura facta ex Antinoi nomine, cuius sacra etiam alibi usque ad tertium saeculum mansisse constat. 8 Annus 245 aerae Actiacae incipit a m. Octobri 213 (Kubitschek AEMOest. XIII 120; v. Premerstein Jahresh. XV 214), Apellaeus secundus est in ordine mensium Macedonicorum, respondens fere Novembri anni Iuliani.

884. M. Ulpii proconsulis edictum. Geminii Modesti proconsulis ad Thisbenses epistula, saec. III in. Fragmenta quinque tabulae inaedificata Thisbae (*Kakosi*) in diversis parietibus ecclesiae dirutae S. Trinitatis. *a* edd. (Lolling-)Dittenberger IG VII 2226. *b* (Ross-)K. Keil Zur Syll. Inscr. Boeot. 604 (IG VII 2227). *c d e* Tarbell et Rolfe Am. journ. arch. 1890, 114, VI. Fragmenta *b c* arctissime cohaerere docuit et totum titulum restituit Dittenberger Ind. lect. Hal. hib. 1891/2 III (IG. VII Add. p. 747; Syll.² 533). Cf. Rostowzew Stud. Gesch. röm. Kolonats 386, ubi plura citantur. [*Hi*]

a Μᾶρκος Οὔλπιος[1] [-- ἀνθύπατος λέγει]·[2] | ὁ βουλόμενος Θισ-

Litterae ΔΕΘΩΣΠΣΩ. Passim binae litterae, plerumque Η et Ν aut Ν et Τ, inter se ligatae. Tertii saeculi ineuntis lapis esse videtur. Paragraphi spatiis vacuis litterarum 2—5 inter se distinentur. 1 Pros. imp. R. III 458, 536 a. 2 Suppl. Dttb. ex n. 867₂ al. Nam edictum, non ut v. 55sqq. epistulam proconsulis hic haberi spatii rationes arguunt.

βαίων[3] χωρίον δη[μόσιον ἢ ἱερὸν -- φυ]τεῦσαι[4] τῶν ἐπ' ἐμοῦ γεωρ-
γουμένων [παραδότω τοῖς στρατηγοῖς τῆς πόλεως] | βιβλίον, γράψας ἐν
5 αὐτῶι τόπον τε ὃν βο[ύλεται λαβεῖν καὶ φόρον ὃν δώσει κατ' | ἐνιαυτὸν
ὑπὲρ ἑκάστου πλέθρου[-- | βου]λῆς ἢ ἐκκλησίας κατὰ τὸ δεδογμένον -- |
--ων· κ[αὶ] εἰ μέν τις -- | -- τῇ ἐκκ[λησίᾳ -- | --σ]θω εἰς --
10 --υ ||σκοι καὶ α[-- | -- κ]οιναί· γραφέτω [δ]' ἐν ε[-- | κ]αὶ τὴν ποσό-
τητα[5] τοῦ φόρου [-- | -- τοῖ]ς τε ἄρχουσιν καὶ δεκατ[ευταῖς] κα[ὶ -- |
15 --] τ[ῆ]ν[6] πρόσοδον τὴν ἐκ [τούτ]ων καὶ [-- | --τ]α τοῦ τόπου. [λή-
ψε]τε[2] δὲ [ὑ]πὲρ ἑκά[στου χωρίου ὁ καταλαβὼν] | ἄνεσιν τοῦ φόρου
τῶν πρώτων [ἐτ]ῶν πέντ[ε· ἔπειτα δὲ καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν] | δώσει
τὸν φόρον τὸν ἐτήσιον το[ῦ κ]αταλαμβανομ[ένου χωρίου τοῦ μηνὸς τοῦ] |
Ἀλαλκομεναίου[7] τ[ῆ][8] πεντεκαιδεκ[άτῃ]· οἱ δὲ μὴ πράξαντες σ[τρα-
20 τηγοὶ τὴν πρόσο]δον ὑπεύθυνοι ἔσονται ὧν οὐκ ἔ[πρ]αξαν[9]. § εἰ δέ
τις λαβὼν [ἐν]τὸς [τῆς πεν]ταετίας[10] μὴ φυτεύσαι[11], τό τε χωρίον [με]-
ταπωλήσουσιν οἱ καταλαμβάν[οντες] | στρατηγοὶ (κ)αὶ ὃν ὑπέστη[12] τε-
λέσει[ν φό]ρον[13] πράξουσιν παρ' αὐτοῦ τῆς [πενταετί]ας. § εἰ δὲ
φυτεύσει ἓν μέρος ὡς ε[ἶναι] ἄξιον τοῦ φόρου τῶν πέντε ἐτ[ῶν, τὸν
μὲν] | φόρον μὴ πραττέσθω, πιπρασκέσθω [δὲ] τὸ χωρίον πολείτῃ[14],
καὶ τὸ ἀργὸν κα[ὶ τὸ πεφυ]τευμένον, ἐπὶ τῷ τὴν μὲν τειμὴν τ[οῦ π]ε-
25 φυτευμένου εἰσκομισθῆναι τῇ πόλ[ει, τὸν] | δὲ φόρον παντὸς τελεῖσθαι
καθ' ἕκαστο[ν] ἐνιαυτόν, ὅσον τελέσ[ε]ιν[15] καὶ ὁ πρότερο[ς ὡμο]λό-
γησεν, συγχωρουμένου τῷ πρια[μένῳ][16] τοῦ φόρου τῆς πενταετίας
ὑπὲρ [τοῦ ἀρ]γοῦ μόνου. § λαμβανέτω δὲ [ὁ πολεί]της ἕκαστος μὴ
πλέον πλέθρω[ν --]· | εἰ μέντοι τις φωραθείη φυτεύσας[11] τ[ού]τοις[17]

3 I.e. Θισβέων. Ubique enim ethnicum Θισβεύς est (n. 585_{14}. 646 quater al.) et E cum AI in hoc titulo etiam alibi confunditur; cf. v. 15 [λήψε]ΤΕ, v. 18 ΑΛΑΛΚΟΜΕΝΕΟΥ (not. 7). 4 Totum edictum spectat ad fundos, qui usque ad id tempus arati erant, arboribus vel vitibus conserendos. Quem ad finem civibus (v. 23. 29. 39) locantur emphyteuseos iure, ut non modo ipsis qui conduxerunt perpetuum ius sit, sed etiam heredibus relinqui, venumdari, oppignerari liceat, dummodo ne ad peregrinum perveniant (not. 21. 22). 5 ΠΟΣΟΠΙΤΑ. 6 ΤΙΝ. 7 I.e. -νέου, cf. not. 2; etenim hic Boeotorum mensis in titulis volgari sermone compositus Ἀλαλκομένειος scribitur, in Boeoticis Ἀλαλκομένιος ex dialecti legibus (IG VII Indices p. 761). Iam ε pro ει ante vocalem omni aetate omnique loco perfrequens est, αι pro ει inauditum. 8 ΤΙ. 9 Cf. n. 963_{44}.
10 ΤΑΕΠΑΣ. 11 ΟΥΤ. 12 I.e. ὑπέσχετο. 13 ΓΟΝ. Suppl. et em. Dttb. 14 Cf. not. 4. 21. 15 ΤΕΛΕΣΘΙΗ. 16 Ο. 17 Dativum hic pro genetivo comparationis usurpari manifestum est. Qui soloecismus nescio an referendus sit ad ablativum Latinum *his* perperam

πλέον, πωλήσουσιν [οἱ στρατηγοὶ | τῷ βουλ]ομένῳ τῶν πολειτῶν[18] ἐπὶ
30 τῷ καὶ ἐκ[19] τούτου σώζεσθαι τ[ῇ πόλει | -- φόρον] τοσοῦτον ὅσον τ[ε-
λέσειν] ὡμολόγησεν ὑπὲρ ἑκάστο[υ πλέθρου. § ἢν δὲ μηδεὶς | βούληται
πρίασθαι, πράξουσ]ιν παρὰ το[ῦ πρώτου λαβό]ντος τὸν γεινόμε[νον φό-
ρον, | ὅσον ὑπὲρ ἑκάστου πλέθρου τελέσειν ὑπεδέ]ξατο.

d 35 [-- πλέ]θρον τ̣ο[ῦ -- | --]άμενος καὶ -- | -- ου ἐξ ὅσου τ[-- | -- π]αρὰ
τῆς πόλεω[ς -- | --]ίῳ καὶ τὰ ἄλλα κα[-- | -- πραττ]ομένου τοῦ φόρου
40 [-- | -- πολ]ειτῃ[20] δανειστῇ, ὡς κα[ὶ -- | -- δημ]οσίου χωρίου ἢ δ[-- |
δ]ημοσίου καθ' ἡμ[-- | -- α]ὐτὸς γραφέτω -- | -- ντ.. οι εκα -- | -- πό-
45 σον ἢ ὅτ -- | -- ατος ὁ --·

e [-- τ]ό τε ὄνομα [τ]ο[ῦ -- | --] εἰ δέ τις ἐξαπατήσα[ς τῶν] ὀφειλόν[των
ξένῳ[21] ὑποθείη | τι τῶν χωρίων τῶ]ν δημοσίων καὶ τοῦτο ἐλενχθείη,
ἀφαιρε[ίσθω αὐτὸν τὸ | χωρίον τὸ ὑποτεθὲν] ἡ πόλις, ὁ δὲ δανειστὴς
50 ὁ ξένος ἐκ τῶν ἄλλ[ων κτημάτων | τῶν τοῦ ὑποθ]έντος τὴν εἴσπραξιν
ποιείσθω τοῦ ὀφειλομέ[νου. § εἰ δέ τις | διαθήκ]αις καταλίποι ξένῳ[22]
συνγενεῖ ἢ φίλῳ τούτων τι τῶν [χωρίων, ἄκυρος | ἔστω α]ὐτοῦ ἡ δω-
ρεά, ἔστω δὲ τῆς πόλεως τὸ χωρίον. § εἰ δ[έ τις μὴ καταλι|πὼν
δια]θήκας τελευτήσαι, ᾧ μή εἰσιν νόμιμοι κληρονόμοι, [ὑ]π[αρχέτω |
κατ' ἀμφ]ότερα[23] κληρονόμος τοῦ ἑαυτῆς κτήμ[ατ]ος ἡ πόλις. |
55 [Γε]μίνιος[24] Μόδεστος ἀνθύπατος Θισβ[έων τοῖς τε ἄρ-
χουσι καὶ] τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ χαίρειν[25]· ἱκανὸν [μὲν οὖν
-- | εἶναι] κύρια τὰ δόξαντα ὑμεῖν περὶ τῆς πρότε[ρον -- | --] γεγενη-
μένης, καὶ τὸ τοῦ ἀξιολ[ογωτάτου -- | -- ἐ]π' [α]ὐτῶν ἐπιχωρίου καὶ --

translatum. 18 Cf. not. 4. 21. 19 ΘΚ. 20 Cf. not. 4. 28.

21 Suppl. Dttb. Cum nemini illos fundos publicos conducere liceret nisi civi (not. 4), fieri poterat ut conductor quispiam peregrino, quem de hac lege celaret (ἐξαπατήσας, sc. τὸν ξένον), agrum pignori daret. Iam si solvendo non erat, curandum erat ut neque civitas suo iure privaretur neque creditori peregrino, qui bona fide egerat, damnum daretur. Quare huic ex privatis debitoris bonis sua recuperare permittitur, cum civitas agrum publicum locatum a conductore repetat. 22 Idem quod antea (v. 47 sqq.) de fundis oppigneratis, hic de eis qui testamento relinquantur praecipitur, nisi quod in hac causa non erat, cur heredi testamentario prospiceretur. Ceterum et ξένῳ hic additum et totius proximae paragraphi argumentum docent, civi testamento relinqui licuisse ius agri publici colendi. 23 Et quia bona vacantia, privata quoque, reipublicae cedunt, et quia dominium fundi, quem defunctus possederat, iam reipublicae erat (τοῦ ἑαυτῆς κτήματος), is iure hereditatis ab intestato ad eam recidit.

24 Suppl. Dttb. Geminium Modestum, maritum Sabiniae Celsinae, in titulo Cirtensi CIL VIII 7054 inveniri adnotatur Pros. imp. R. II 116, 91.

Qui cum illic *praetorius vir* appelletur, perquam probabile est eundem ad proconsulatum Achaiae, provinciae praetoriae, pervenisse. 25 Huius epistulae argumentum ex reliquiis exilibus quae aetatem tulerunt cognosci non potest; ne id quidem constat, eam item ad emphyteusin agrorum publicorum civitatis Thisbensium spectasse. Nam fieri poterat ut nulla alia de causa eidem lapidi cum prioris proconsulis edicto incideretur, nisi quod ad eundem populum data erat.

---

885. De Eleusiniorum sacris c.a. 220. Athenis apud S. Demetrium Κατηφόρη, nunc in museo nat. praeter unum fragmentum, quod exstat in museo Britannico. Fragmenta octo ed. * IG III 5, novum vs. 1—12 partes sinistras continens addidit Lolling. Coniuncta ed. IG II² 1078 (Syll.² 652; Prott-Ziehen Leg. sacr. II 1, 7). [Κῆ]

[ἔδοξεν τ]ῶι[1] δήμωι· Ἀραβιαν[ὸς[2] ἦρχεν[3], _ ι _ ἐπρυ|τάνευσ]ν, Εὔτυχος ἐγραμ[μάτευεν, _ ιι _ ἐπε|στάτει· Δ]ρυαντιανὸς[4] ἄρχων [τῶν Εὐμολπιδῶν[5] εἶπεν· | ἐπει]δὴ καὶ διατελοῦμε[ν ἐν τοῖς νῦν καθάπερ]
5 καὶ | [δι]ὰ τῶν παρῳχημένων [χρόνων, τελοῦντες τὰ μυ]στήρι|α καὶ τὰ πάτρια προστάττ[ει νόμιμα[6] μετὰ Εὐμο]λπιδῶν | πεφροντικέναι ὅπως ἄ[ν ἐν κόσμωι ἀχθ]εί[η τὰ ἱερὰ | δεῦρό τ' ἐκ τῆς Ἐλευσεῖνο[ς καὶ πάλιν ἐξ] ἄστεως Ἐ|λευσεῖ[ν]άδε, ἀγαθῆι τύχ]ηι, δεδόχθαι τ]ῶι
10 δήμωι, προσ|τάξαι τῶι κοσμητῆι τῶν [ἐφήβων κ]ατὰ τὰ ἀρχαῖα νόμι|μα [ἄ]γειν[7] Ἐλευσῖνάδε τοὺ[ς ἐφήβ]ους τῆι τρίτηι ἐπὶ δέ[κα] τοῦ Βοηδρομιῶνος με[τὰ τ]οῦ εἰθισμένου σχήμα[τος] τῆς ἅμα ἱεροῖς πομπ[ῆς, ἵ]να τῆι τετράδι ἐπὶ δέκα πα[ραπέ]μψωσιν τὰ ἱερὰ μέχ[ρι] τοῦ
15 Ἐλευσεινίου τοῦ ὑπὸ | [τῆι π]όλει[8], ὡς ἂν κόσμο[ς τ]ε πλείων καὶ

---

1 Suppl. pleraque Dttb.; v. 4—6. 27 et 28 Wilh. ad IG II² 1078.

2 Arabianus Marathonius archon est in duobus prytanum recensibus IG III 1054_3. 1060_2, quorum originem utique ab a. 210 non magno intervallo abesse docuit Dttb. 3 Antiquas praescriptorum formulas, non sine affectatione usurpatas, hic fuisse versus alterius reliquiae docent.

4 Cf. IG III 757_3 ὁ ἔφηβος Δρυαντιανὸς Καλλαίσχρου Μαραθώνιος. 1177_3 τοὺς ἐφηβεύσαντας σὺν τῷ κρατίστῳ Φλα(βίῳ) Δρυαντιανῷ. Quem epheborum laterculum a. 212 aut proximis annis incisum demonstravit Dttb. Quod si Dryantianus idem est qui hic, eum paucis post ephebiam annis archonta gentis Eumolpidarum factum esse statuendum est, id quod in homine summae nobilitatis (ὁ κράτιστος) nihil miri habet. 5 In eis praecipiendis quae ex ordine mysteriorum et ex more antiquo populus praecipere debebat, una cum gente Eumolpidarum curabat ut sollenniter et magnifice res illae sacrae Eleusine Athenas et Athenis Eleusina deducerentur. 6 Cf. Plat. Leg. VI 793 b. Wilh. 7 ΜΑΛΓΕΙΝ (πέμπειν Haussoullier Rev. crit. 1900 vol. II 27). 8 Cf. IG III_3 = II² 1072. Antiquiore tempore non Eleusine in urbem comitabantur ephebi pompam,

φρουρὰ μείζων | [περὶ] τὰ ἱερὰ ὑπάρχο[ι], ἐπειδὴ καὶ ὁ φαιδυντὴς[9]
τοῖν θε[οῖν] ἀγγέλλει κατὰ τὰ πάτρια τῆι ἱερείαι τῆς Ἀθηνᾶς ὡς |
[ἥκει τὰ] ἱερὰ κ[αὶ] ἡ παραπέμπουσα στρατιά. κατὰ τὰ αὐτὰ | [δὲ
20 τῆι] ἐνάτηι ἐπὶ δέκα[10] τοῦ Βοηδρομιῶνος προσ[τάξα]ι τῶι κοσμητῆι
τῶν ἐφήβων ἄγειν τοὺς ἐφή[βους | πάλιν Ἐ[λευσεῖνάδε μετὰ τοῦ αὐτοῦ
σχήματος π[αραπέμ|πον]τας τὰ ἱερά. μέλειν δὲ τούτου τῶι κατ'
ἐν[ιαυτὸν] | κοσμητῆι, ὅπως μηδέποτε τοῦτο ἐκλε[ιφθείη μη]|δὲ ὀλι-
25 γωρηθείη ποτὲ τὰ τῆς εὐσεβείας [τῆς πρὸς τὼ θε]|ώ. παραπέμπειν
δὲ τοὺς ἐφήβους π[άντας, ἔχοντας] | τὴν πανοπλίαν, ἐστεφανωμέν[ους
μυρρίνης στεφά]|νωι, βαδείζοντας ἐν τάξει. ἐπ[εὶ] δ[ὲ προστάττομεν
τοῖς ἐ]|φήβοις τὴν τοσαύτην ὁδοι[π]ορῆσαι [ὁδόν, δίκαιον αὐτοὺς] | καὶ
30 θυσιῶν καὶ σπονδῶν καὶ παιάνων τῶ[ν κατὰ τὴν] | ὁδὸν μεθέξειν ὡς
ἂν τά τε ἱερὰ μετὰ φρουρὰ[ς ἰσχυρο]|τέρας καὶ πομπῆς μακροτέρας
ἄγοιτο, οἵ τε ἔφ[ηβοι] | παρακολουθοῦντες τῆι περὶ τὸ θεῖον τῆς πό-
λεω[ς] | θεραπείαι καὶ ἄνδρες εὐσεβέστεροι γείνοιντο. μεθέ|ξουσιν δ[ὲ
35 κ]αὶ οἱ ἔφηβοι πάντες τῶν τε ἄλλων ὧν ἂν | παρέχ[ηι τ]οῖς Εὐμολ-
πίδαις ὁ ἄρχων τοῦ γένους, καὶ τῆ[ς] | δι[αν]ομῆς. γενέσθαι δὲ τὴν
γνώμην ταύτην φα[νερ]|ὰν καὶ τῆι ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆι καὶ τῆι
βουλ[ῆι] τῶν | φ' καὶ τῶι ἱεροφάντηι καὶ τῶι γένει τῶν Εὐ[μο]λπιδῶν· |
40 ἀναγράψαι δὲ τὸ ψήφισμα τοῦτο τὸν [τα]μία[ν τ]οῦ γέ|νους τῶν Εὐ-
μολπιδῶν ἐν τρισὶν [στή]λαις καὶ στῆσαι | τὴν μὲν ἐν Ἐλευσινίωι τῶι
ὑπὸ [τ]εῖ [π]όλει, τὴν δὲ ἐν | τῶι Διογενείωι[11], τὴν δὲ ἐν Ἐλευσεῖνι
ἐν τῶι ἱερῶι πρὸ | τοῦ βου[λ]ευτηρίου.

---

qua sacra eo deferebantur, sed obviam veniebant usque ad locum aliquem viae sacrae (n. 717_9. μέχρι τῆς Ἠχοῦς IG II 470_8 = II² 1011). **9** Sic, non φαιδρυντής, hoc vocabulum scribitur ubique in titulis Atticis qui sane ad unum omnes recentioris aetatis sunt (IG III 283. 291. 928. 1058. 3859 itemque in Olympico non antiquiore I. Olympia 466_5. Cf. Solmsen Rh. Mus. LIV 1899, 495. **10** Scriptores ad vicesimum mensis Boëdromionis diem Iacchi sacra referunt (Eurip. Ion 1076. Andoc. I 121. Plut. Phocion 28. Camill. 19). Cf. A. Mommsen Feste d. St. Ath. 222. Quod sic intellegendum est, ut undevigesimo die Athenis profectam esse pompam statuamus, sed post solis occasum Eleusina pervenisse cum taedis ardentibus; nox vero iam proximi diei pars est. **11** Ex duobus exemplaribus, quae Athenis collocari iubentur, alterum hoc est quod edimus, alterius frustulum in domo Nicolai Ioannis cuiusdam exscripsit Fourmont, cuius ex schedis ed. * IG III 6 = II² 1079. De Diogeneo gymnasio cf. 497^5.

△ **886. Imp. Severus Alexander statua Delphica honoratur, a. 221/35.** Basis marm. Pentelici, e compluribus saxis composita per

ἀ γ α θ ῇ	[‹ τ ύ χ η].
	[Αὐτ(οκράτορα) Καίσ(αρα)]1
›Μ‹ Αὐρήλιο	[ν Σεουῆρον Ἀλέξαν]-
δρον, Εὐ[σε	β ῆ, Εὐτυχῆ, Σεβαστόν].

quae tit. ad dextram continuatus erat. Lapidem sinistrum (a. 0,25; l. 0,83 max.; a sinistra fractum) a. 1887 repperit Pomtow (Beitr. Top. D. 92, n. 31) et tractavit in schedis IG VIII 339. [*Pw*]

Propter supplementa haud certa formam lapidis expressimus. Alexianus (seu Bassianus) a. 221 ab imperatore Elagabalo adoptatus nomina accepit M. Aurelius Alexander Caesar et a. 222 Elagabalo necato: Imp. Caesar M. Aurelius Severus Alexander Augustus. Haec supra supplere studui, quamvis verba prima v. 2 ad dextram reiecta offenderent. Sed cum finis: [ἡ ἱερὰ Δελφῶν πόλις] in lapide quodam inferiore perscriptus esse videatur, etiam verba Αὐτοκράτορα Καίσαρα praeter consuetudinem postea exarata esse putes; ad cognomina Εὐσεβῆ, Εὐτυχῆ, Σεβαστόν cf. n. 892 et 897. Utut est, Severum Alexandrum hic intellegendum esse constat, cui tempori etiam litteratura (λ, ◇) optime convenit. 1 Compendia more Romano adhibita esse sumit Dessau.

887. C. Asinius Quadratus procos., post a. 224? Olympiae. Ed. * I. Olymp. 356 (Syll.² 417). Cf. Pros. imp. R. I 168, 1031/2; Klebs Realenc.² II 1603/4, 31/2. [*Hi*]

ἀγαθῇ τύχῃ. | ἡ Ὀλυμπικὴ βουλὴ 1 καὶ ὁ | δῆμος ὁ Ἠλείων Γ. Ἀσίνιον | Κουαδρᾶτον 2, ἀνθύπατον 3, | ὕπατον ἀποδεδειγμένον, | τειμήσαντα τὴν Ὀλυμπί|αν καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ 4.

1 Cf. 813 A_4. 2 Scriptor rerum (Suidas s. v. Mueller FHG III 659). Treu. 3 Achaiae praefuisse videtur, quia nomen provinciae non additur. Certe provincia praetoria fuit (v. 5 ὕπατον ἀποδεδειγμένον). 4 Praeter Παρθικὰ Quadratus scripserat Ῥωμαίων Χιλιετηρίδα, i.e. res gestas Romanorum per mille ab urbe condita annos. Eius libri narrationem usque ad Alexandri Severi aetatem deductam fuisse Suidas narrat. Fuerunt enim qui Romam ipsa prima Olympiade conditam dicerent, eorumque rationem Quadratum secutum esse, ut millesimus urbis annus ei esset 224 p. Chr. Mueller). Iam si in prooemio eum de mira illa quae inter origines urbis et ludorum Olympicorum initia intercederet temporis ratione verba fecisse statuerimus, eo referri licebit τιμήσαντα τὴν Ὀλυμπίαν λόγῳ. Dttb. Contra de saeculo legitimo a. 248 a Philippo Arabe celebrato cogitavit E. Schwartz Realenc.² II 1608. Cf. Peter Gesch. Litt. r. Kaiserz. I 434. Historicum a proconsule divellit Kl.

888. Scaptoparenorum ad Gordianum imp. epistula, a. 238. Scatoparae, h. *Gramadi* prope vicum Bulgaricum *Dschumaja*, Pautaliae in agro. Edd. Kontoleon Ἀνέκδ. Μακρασ. ἐπιγρ. I 1890, 36 (Homolle-Dumont Mél. archéol. 565); Kontoleon (Wolters Wilamowitz Mommsen Diels Hirsch-

feld) Ath. Mitt. XVI 1891, 267 ex apographo Kapelu, qui versus non distinxit, et ectypo lapidis iam multo magis mutilati (Syll.² 418); Mommsen CIL III s. 12336 cum tab. geogr. IV (Cagnat IGR I 674). Cf. Wilhelm Goett. GA 1903, 798 et Beitr. 197; Rostowzew Kolonat 303. [*Hi*]

Litterae ЄZΘΞΞΠCω. Hic titulus Graecus per tres paginas sive columnas (*a b c*) scriptus est, quarum initia (v. 1—20, 61—74, 112—126), quia lapis aliquanto postquam inventus erat supra mutilatus est, ab ectypo absunt. Quae uno Kapélu apographo, quod versuum divisione carebat, servata necessario in versus diremit Dttb. litterarum numero ex superstitibus partibus computato. Praemittebantur Graecis quae edimus Latina per totam lapidis latitudinem continuis versibus scripta, quae iam evanuerant cum ectypum fieret, ita ut ex uno apographo perquam mendoso nota sint, haec (*A*): *Bona fortuna.* | *Fulvio Pio et Pontio Proculo cons. XVII kal. Ian. descriptum et* | *recognitum factum ex libro libellorum rescriptorum a do*|*mino n(ostro) Imp. M. Antonio Gordiano Pio Felice Aug. et propo*|*sitorum Romae in porticu termarum Traianarum in verba q(uae) i(nfra) s(cripta) sunt,* | *dat(um) per Aur. Purrum mil(item) coh(ortis) pr(aetoriae) p(iae) f(idelis) Gordianae* ¶ *Proculi* | *convicanum et conpossessorem.* Haec repetivi qualia a Mommseno restituta sunt, non enotatis apographi erroribus quia emendatio nusquam dubia est. Infra Graeca finem totius tituli faciunt iterum Latina non divisa per columnas haec (*E*): *Imp. Caesar M. Antonius Gordianus Pius Felix Aug. vikanis per Pyrrum mil(item) conposses*|*sorem: Id genus quaerellae praecibus intentum ante iustitia praesidis* | *potius super his quae allegabuntur instructa discinge quam rescripto principali* | *certam formam reportare debeas. Rescripsi. Signa.*

Ex his instrumentis totius negotii ordinem Mommsenus enucleavit hunc: Scaptopareni Romanorum ac potissimum militum superbia et arrogantia multifariam pressi sumptibusque exhausti precibus (I v. 1—100) adierunt imperatorem per Aurelium Pyrrhum vicanum suum qui in praetorio militabat. Sed princeps rescripto (*E*) per Pyrrhum ad vicanos dato respondit, tales querellas non statim ad se ipsum deferendas esse, sed prius praesidem provinciae adeundum, qui eas accurate examinaret. Hoc responsum ipsius principis signatione (*rescripsi*) eiusque qui ei a libellis erat subscriptione (*recognovi*) munitum lapidi incidebatur et in porticu thermarum Traianarum (*A* v. 5) publice proponebatur. Inde die 16 m. Decembris a. 238 Pyrrhus apographum faciendum eiusque fidem testibus (quorum signa commemorantur *E* v. 4) confirmandum curavit, quod exemplum ad vicanos quorum causam ille egerat relatum cum ipsis precibus (I) huic lapidi incisum est. Quod quoniam non cognoverat de ipsa causa princeps, sed rem ad praesidem reiecerat, hunc iam a Scaptoparenis aditum esse consentaneum est. Atque ad ea quae cum hoc magistratu agebantur manifesto referendum est alterum ex instrumentis Graece scriptis (II v. 101—157), etsi eius ratio et argumentum difficultates quasdam habet (cf. not. 35). Vides ordinem temporum, ex quo Caesaris rescriptum (*E*) ante instrumentum II locum habebat, in incidendo neglectum

a Αὐτοκράτορι Καίσαρι Μ. Ἀντωνίῳ | Γορδιανῷ Εὐσεβεῖ Εὐτυχεῖ Σεβ.
δέησις[1] | παρὰ κωμητῶν Σκαπτοπαρηνῶν[2] τῶν καὶ | Γρησειτῶν· ἐν
5 τοῖς εὐτυχεστάτοις καὶ αἰωνίοις | σοῦ καιροῖς κατοικεῖσθαι καὶ βελτι|-
οῦσθαι τὰς κώμας ἥπερ[3] ἀναστάτους | γίγνεσθαι τοὺς ἐνοικοῦντας πολ-
λά|κ(ις) ἀντέγραψας[4]· ἔστιν γε[5] καὶ ἐπὶ τῇ τῶν | ἀνθρώπων σωτηρίᾳ
10 τὸ τοιοῦτο καὶ ἐπὶ | τοῦ ἱερωτάτου σου ταμείου ὠφελείᾳ. | ὅπερ[6] καὶ
αὐτοὶ ἔννομον ἱκεσίαν | τῇ θειότητί σου προσκομι[ζ]ομεν[7], εὐ|χόμενοι
15 ἱλέως ἐπινεῦσαι ἡμεῖν | δεομένοις τὸν τρόπον τοῦτον. οἰκοῦ|μεν καὶ
κεκτήμεθα ἐν τῇ προγεγραμ|μένῃ κώμῃ οὔσῃ εὐεπεράστῳ[8] διὰ τὸ |
ἔχειν ὑδάτων θερμῶν χρῆσιν καὶ κεῖ|σθαι μέσον[9] δύο στρατοπέδων
20 τῶν ὄν|των ἐν τῇ σῇ Θράκῃ· καὶ ἐφ' οὗ[10] μὲν τὸ | πάλ⟨λ⟩αι οἱ κατ-
οικοῦντες ἀόχλητοι | καὶ ἀδειάσειστοι ἔμενον, ἀνενδεῶς | τούς τε φό-
ρους καὶ τὰ λοιπὰ | ἐπιτάγματα συνετέλουν· ἐπεὶ δὲ κατὰ καιροὺς εἰς |
25 [β]β[ρι]ν[11] προχωρεῖν τινες καὶ βιάζεσθαι | ἤρξαντο, τηνικαῦτα ἐλατ-
τοῦσθαι | καὶ ἡ κώμη ἤρξατο. ἀπό γε[5] μειλίων[12] | δύο τῆς κώμης
ἡμῶν πανηγύρεως | ἐπιτελουμένης διαβοήτου οἱ ἐκεῖσε | τῆς πανηγύρεως
30 εἵνεκεν ἐπιδημοῦν|τες ἡμέρας πεντεκαίδεκα ἐν τῷ | τόπῳ τῆς πανηγύ-
ρεως οὐ καταμέ|νουσιν, ἀλλ' ἀπολιμπάνοντες ἐπέρ|χονται εἰς τὴν ἡμε-
35 τέραν κώμην | καὶ ἀναγκάζουσιν ἡμᾶς ξενίας | αὐτοῖς παρέχειν[13] καὶ
ἕτερα πλεῖστα εἰς | ἀνάλημψιν αὐτῶν ἄνευ ἀργυρίου χο|ρηγεῖν· πρὸς

esse, id quod Mommsenus ingeniose eo refert, quod vicani ad deterrendos eos qui peregrinantes eo venirent imperatoris nomen efficacius existimassent quam praesidis. 1 CEBAEHCIC Kap. 2 Vicus ignotus sine dubio eo loco situs, ubi lapis inventus est. Eum Pautaliotarum civitatis fuisse v. 119 docet. Nomen Thracium similitudine aliorum (*Druzi-parene*, *Tramipare*) illustravit M. 3 Desideratur praeferendi notio (μᾶλλον αἱρεῖσθαι), neque enim quid fieret, sed quid sui consilii esset aperuerat imperator. Sed haec breviloquentia aliis, quamvis paullo minus duris, sermonis Graeci exemplis defenditur. 4 πολλὰ κ' ἄν τ' ἔγραψας Kap.; πολλὰ ἀντέγραψας em. Diels, sed Kont. iure πολλάκ(ις) maluit, quia *rescribendi* vox de imperatoris decretis sollemnis erat. 5 Expectes γάρ; neque vero qui incidit aut qui exscripsit culpandus videtur, sed ipse auctor, quem multifariam soloeco sermone usum videmus, praesertim cum idem redeat v. 26. 6 (δι') ὅπερ em. Wil., sed perfrequenter post Chr. n. ὅπερ pro διόπερ usurpari ut πολλὰ pro πολλάκις aliaque id genus monet Diels. 7 προσκομίσομεν Kap.; em. Dttb. 8 I.e. amoenissimo; εὐεπ[η]ρ(ε)άστῳ postulavit Wil. 9 Incertum esse, utrum sic an μέσην incisum sit, significat Kap. 10 I.e. quamdiu, quem ad finem, manifesta casuum genetivi et accusativi (ἐφ' ὅσον χρόνον) confusione. 11 εἶσιν βίαν Kap. Em. Wil.; εἰς βίαν προχωρεῖν καὶ βιάζεσθαι vel in hoc titulo intolerabile videtur. 12 μηλίων Kap.; MC.... ect. 13 Cf. n. 881ρ.

δὲ τούτοις καὶ στρατιῶται | ἀλλαχοῦ πεμπόμενοι καταλιμπά|νοντες τὰς
40 ἰδίας ὁδοὺς πρὸς ἡμᾶς πα|ραγείνονται καὶ ὁμοίως κατεπείγουσιν | παρ-
έχειν αὐτοῖς τὰς ξενίας καὶ τὰ ἐπι|τήδια μηδεμίαν τιμὴν καταβα-
λόντες· | ἐπιδημοῦσι δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον | διὰ τὴν τῶν ὑδάτων χρῆσιν
45 οἵ τε ἡγού|μενοι τῆς ἐπαρχίας, ἀλλὰ καὶ οἱ ἐπί|τροποί σου· καὶ τὰς
μὲν ἐξουσίας συ|ν(εχ)έστατα[14] δεχόμεθα κατὰ τὸ ἀναγκαῖον, | τοὺς
(δὲ)[15] λοιποὺς ὑποφέρειν μὴ δυνάμε|νοι ἐνετύχομεν πλειστάκις τοῖς
50 ἡγε|μόσι τῆς Θράκης, οἵτινες ἀκολούθως | ταῖς θείαις[16] ἐντολαῖς ἐκέ-
λευσαν ἀοχλή|τους ἡμᾶς εἶναι· ἐδηλώσαμεν γὰρ μη|κέτι ἡμᾶς δύνα-
55 σθαι ὑπομένειν, ἀλ|λὰ καὶ νοῦν ἔχειν ἐνγκαταλιπεῖν καὶ τοὺς | πα-
τρῴους θεμελίους διὰ τὴν τῶν | ἐπερχομένων ἡμεῖν βίαν· καὶ γὰρ | ὡς
ἀληθῶς ἀπὸ πολλῶν οἰκοδεσπο|τῶν εἰς ἐλαχίστους κατεληλύθα|μεν.
b 60 καὶ χρόνῳ μέν τινι ἴσχυσέν | τὰ προστάγματα τῶν ἡγουμένων | καὶ
οὐδεὶς ἡμεῖν ἐνόχλησεν οὔτε | ξενίας [αἰτή]ματι[17] οὔτε παροχῆς ἐπι|-
65 τηδείων, προϊόντων δὲ τῶν χρόνων | πάλιν ἐτόλμησαν ἐπιφύεσθαι ἡ|μεῖν
πλεῖστοι ὅσοι τῆς[18] ἰδιωτίας | ἡμῶν καταφρονοῦντες. ἐπεὶ οὖν οὐ|κέτι
δυνάμεθα φέρειν τὰ βάρη | καὶ ὡς ἀληθῶς κινδυνεύομεν ὅπερ[19] | οἱ
70 λοιποὶ [ὧ]δε[20] καὶ ἡμεῖς προλιπεῖν | τοὺς προγονικοὺς θεμελίους, τού|-
του χάριν δεόμεθά σου, ἀνίκητε | Σεβαστέ, (ὅ)πως[21] διὰ θείας σου
ἀντιγρα|φῆς κελεύσῃ(ς)[22] ἕκαστον τὴν ἰδίαν πο|ρεύεσθαι ὁδὸν καὶ μὴ
75 ἀπολιμπάνοντας | αὐτοὺς τὰς ἄλλας κώμας ἐφ' ἡμᾶς | ἔρχεσθαι μήτε[23]
καταναγκάζειν | ἡμᾶς χορηγεῖν αὐτοῖς προῖκα τὰ | ἐπιτήδια, ἀλλὰ μηδὲ
80 ξενίαν αὐτοῖς | παρέχειν οἷς μή ἐστιν ἀνάγκη — ὅτι | γὰρ[24] οἱ ἡγού-
μενοι πλεονάκις ἐκέ|λευσαν μὴ ἄλλοις παρέχεσθαι ξε|νίαν εἰ μὴ τοῖς
ὑπὸ τῶν ἡγουμέ|νων καὶ ἐπιτρόπων πεμ|πομένοις εἰς ὑπηρεσίαν, ἐάν

14 συνεχέστατα Kap., . . NCCTATA. Nisi errorem a lapicida commissum, a Kapélu tacite correctum, statuere velis, barbare [συχ]νέστατα scriptum fuisse conicias. 15 δὲ omissum postulat Wil. 16 Quae imperatoris sunt, volgo θεῖα vel ἱερὰ (n. 881$_1$) appellantur. 17 ἐπὶ ματι Kapélu; ectypi ope hic destituimur quia v. 61—74 interciderunt. (ὀνό)ματι editor, quod et significatione minus quadrat — nullus enim hic erat praetextus, sed re vera hospitium et victum illi petebant et accipiebant — neque probabilem habet corruptelae explicationem. 18 γῆς Kap.; em. Wil.

19 Adverbii ritu hic quoque usurpatum pronominis accusativum, sed alia vi ac v. 11, pro ὥσπερ, monuit Diels. 20 οἵδε Kap.; em. Diels (v. not. 19); τόδε Wil. 21 πῶς Kap.; em. Wil. 22 κελεύσῃ Kap.; em. Wil.

23 ΜΗΤC . . . ΑΤΛ..... ect., μηδὲ καταναγκάζειν Kap., emendatione tacita sed eadem necessaria, nisi hoc quoque inferioris aetatis soloeco sermoni quam lapicidae oscitantiae tribuere malis. 24 ὅτι γάρ ‚quoniam' apud Graecos recentiorum temporum usitatum fuisse adnotat Diels.

85 τε[25] | βαρ[ώ]μεθα[26], φευξόμεθα ἀπὸ τῶν | οἰκείων καὶ μεγίστην ζη-
μίαν[27] τὸ | ταμεῖον περιβληθήσεται — ἵνα[28] | ἐλεηθέντες διὰ τὴν
90 θείαν σου | πρόνοιαν καὶ μείνα(ντε)ς[29] ἐν | τοῖς ἰδίοις τούς τε ἱερούς φό-
ρους | καὶ τὰ λοιπὰ τελέσματα παρέχειν | δυνησόμεθα· συμβήσεται δὲ |
95 τοῦτο ἡμεῖν ἐν τοῖς εὐτυχεστά|τοις σου καιροῖς, ἐὰν κελεύσῃς | τὰ θεῖά
σου γράμματα ἐν στή|λῃ ἀναγραφέντα δημοσίᾳ π(ρ)ο|κεῖσθαι[30], ἵνα
τούτου τυχόντες | τῇ τύχῃ σου χάριν ὁμολογεῖν | δυνησόμεθα, ὡς καὶ
00 νῦν κα . . .|ώμενοι[31] σοῦ ποιοῦμεν. |

II Διογένης ὁ Τύριος[32] ὁ π[ραγμα|τικὸς[33] ἀπὸ θείας φιλανθρω|πίας

---

25 γε Kap. (in ectypo haec vox deest). Em. Dttb.; nam γε hic ut v. 8.26 pro γάρ usurpatum cum sententiarum conexu pugnat. Duae per hanc parenthesin (cf. not. 28) afferuntur causae, cur precibus suis morem gesturum sperent principem, priora praesidum iussa et damnum quod fisco Caesaris immineat. 26 Em. Wil. βαρούμεθα Kap. 27 Manifesto accusativus soloece pro dativo usurpatus. 28 Enuntiatum finale nullo modo ad ea referri posse, quae ante ipsum scripta essent, sed ad ea quae vicani v. 70—79 precibus ab imperatore efflagitarent, ideoque v. 79 ὅτι γάρ — 87 περιβληθήσεται parenthesin habendam esse observavit Wil.

29 καὶ μεῖναι παῖσιν Kap. ΙΑΜΕΙΝ . . . . CE . ectypum. Em. Wil. 30 Aut sic aut προτίθεσθαι, id quod spatii rationibus melius conveniat, emendandum Kont. adnotat illud ποιεῖνεῖσθαι, quod se legisse non sine dubitationis significatione refert Kap. 31 καθαιτώμενοι Kap., ΚΑ . . . ΩΜΕΝΟΙ ectypum. καταρώμενοι Wil., sumens Thracas non exsecrandi, sed iurandi per aliquod numen vi hoc verbum usurpasse; de καθιερώμενοι (καθιερούμενοι an καθιερωμένοι?) cogitavit idem, sed huic invento etiam minus quam illi se confidere significat. καταρτώμενοι Diels. Nihil horum ab omni parte placet, neque ut probabilius reperirem mihi contigit. Dttb. 32 Documentum II (v. 101—157) post rem ab imperatore ad praesidem Thraciae reiectam v. 107—110) ad hunc ipsum magistratum datum est a legato Pautaliotarum (v. 118 sq. τῆς πολειτ(ε)ίας τῆς ἡμετέρας τῶν Παυταλιωτῶν), qui publico mandato causam Scaptoparenorum apud eum defendit, qui quia partem civitatis Pautaliae efficiebant, nequibant ipsi per se rectorem provinciae adire, sed universi populi nomine id fieri debebat. Haec omnia plane expedivit Mommsenus ac perbene monstravit, nullo modo hunc eundem esse posse militem Pyrrhum, qui antea preces Scaptoparenorum ad imperatorem detulisset. Sed quaenam ratio inter Pautaliotarum oratorem qui haec scripsit aut pronuntiavit et Diogenem Tyrium v. 101 commemoratum intercedat, obscurissimum est. Mommsenus eundem hominem putat. Sed ut eum de se tertia persona loqui iam valde durum, sic abruptus ab ea ad primam transitus ubi de eodem homine verba fiunt (ἐλήλυθεν· δοκεῖ δέ μοι) plane intolerabilis est. Et quo pacto homo Tyrius, etiam qui Pautaliotarum civitatis negotium gerit, de eis pronomine primae personae (τῆς ἡμετέρας τῶν Παυταλιωτῶν v. 119) uti poterat? Quare mihi

105 ἐπὶ τὴν ἔντευξιν ταύ|την ἐλήλυθεν· δοκεῖ δέ | μοι θεῶν τις προνοήσα-
σθαι | τῆς παρούσης ἀξιώσεως· | τὸ γὰρ τὸν θειότατον αὐτο|κράτορα
110 περὶ τούτων πέμ|ψαι[34] τὴν ἰδίαν γνῶσιν ἐπὶ | σέ, δ[ν] ᾗδε[ι] ἢ[δ]η[35]
c φθάσαντα | περὶ τούτου καὶ προγράμ|μασιν καὶ διατάγμασιν | δεδωκέ-
115 ναι[36], τοῦτο ἐμοὶ δο|κεῖ τῆς ἀγαθῆς τύχης ἔργον | εἶναι. ἦ(ν) δὲ ἡ
ἀξίωσις[37]· η κώ|μη ἡ τοῦ βοηθουμένου στρα|τιώτου ἐστ[ὶν][38] ἐν τῷ
120 καλλί|στῳ τῆς πολειτίας τῆς ἡμε|τέρας τῶν Παυταλιωτῶν[39] | κει-
μένη, καλῶς μὲν τῶν ὁρῶν | καὶ τῶν πεδίων ἔχουσα, | πρὸς δὲ τούτοις
125 καὶ θερ|μῶν ὑδάτων λουτρὰ οὐ μό|νον πρὸς τρυφὴν ἀλλὰ καὶ | ὑγείαν
καὶ θεραπείαν | σωμάτων ἐπιτηδειότατα, | πλησίον δὲ καὶ πανήγυρις |
130 πολλάκις μὲν ἐν τῷ ἔτει | συναγομένη, περὶ δὲ [x]α[λ].[40] | Ὀκτωμβρίας

plane distinguendus videtur Diogenes Tyrius ab illo advocato aut legato civitatis, qui eius mentionem facit. Quae in hac causa fuerint Diogenis partes, obscurissimum sane est; sed nescio an aliquid attulerit testatusve sit quod magni momenti esset ad praesidis animum Scaptoparenis conciliandum, ut non nequiquam felicitas qua ille ad hunc potissimum conventum praesto fuerit praedicetur. **33** ὁ χαράττων ἄνθρωπος Kap., quae sensu cassa sunt et nimium spatium postulant; ΟΠ..., suppl. Mommsen, sed cum omnis Diogenis Tyrii causa et condicio obscura sit (not. 33) nihil pro certo proponere licet. **34** De reiecto ad praesidem iudicio potius quam de missis ad eum litteris (*E*) quae id testabantur, verbum intellego. Neque enim hae litterae ad legatum pro praetore Thraciae datae sunt, sed ad Pyrrhum militem et Scaptoparenos, neque eis litteris principis ad praesidem res delata est, sed ipsi vicani iteratis precibus illum adire iussi, quod sine dubio fecerunt. **35** Em. Dttb. ἐπί σε ἤδη φθάσαντα Kap. ΕΠΙCΕΟΙΙΔΕ..ΗΦΘΑCΑΝΤΑ ect. Mommseni emendatio ἐπὶ σέ, ὅτι δεήσῃ φθάσαντα mihi propter infinitivum perfecti δεδωκέναι minus probatur, qui aptius a verbo sciendi pendet, quam a φθάσαντα, quod potius vice versa illi infinitivo subiungendum est. Imperatoris sententia de querella ipsa nihil definitum erat; sed inde quod rem ad eum praesidem reiecisset, cuius iudicium de illa controversia ex prioribus eius edictis et imperiis bene cognitum haberet, coniectura de principis animo a Scaptoparenorum causa non alieno fieri poterat. **36** Obiectum desideratur, sed ex proximo facile suppletur γνῶσιν. **37** τῆσδε ἡ ἀξίωσις Kap. ἔστιν δὲ ἥδε ἡ ἀξίωσις desiderari significat Mom., ἦν δὲ ἥδε ἡ ἀ. em. Wil. **38** ενστη Kap. Em. Wil. **39** Pautalia (hodie *Köstendil*) oppidum Thraciae situm exiguo intervallo a Strymonis cursu superiore occidentem versus, insigne sacris Aesculapii (IG IV 1030: Ἀσκλ[ηπιῶι], Ὑγιείαι, Τελεσφόρω[ι] Παυταλιώταις Ἡρακλιανὸς ὁ ἱερεύς), ad quae nescio an referenda sit panegyris v. 27. 28. 31. 128 commemorata; certe quod illa non in ipso oppido, sed in agri nescio quo loco prope vicum Scaptoparenen agebatur, non obstat coniecturae. Huic cultui aquae calidae (v. 17. 44. 122) ansam dedisse videntur. Aesculapius in Pautaliae nummis: Head HN² 287. **40** τὰς Kap.; em. Wil.

καὶ εἰς πεντε|καίδεκα ἡμερῶν ἀτ[έλειαν][41]· | συμβέβηκεν τοίνυν τὰ δο-
35 κοῦν|τα τῆς κώμης ταύτης πλεον|εκτήματα τῷ χρόνῳ περι|ελληλυθέναι[42]
αὐτῆς εἰς ἐλ[ατ|τ]ώματα[43]· διὰ γάρ τὰς | προειρημένας ταύτας | προ-
40 φάσεις πολλοὶ πολλά|κις στρατιῶται ἐνεπιδη|μοῦντες ταῖς τε ἐπιξενώ|-
σεσι καὶ ταῖς βαρήσεσιν[44] | ἐνοχλοῦσι τὴν κώμην· | διὰ ταύτας τὰς
45 αἰτίας πρό|τερον αὐτὴν καὶ πλουσιο|τέραν[45] καὶ πολυάνθρωπον | [μᾶλ-
λον][46] οὖσαν νῦν εἰς ἐσχά|την ἀπορίαν ἐληλυθέναι. | ἐπεὶ τούτων ἐδε-
50 ήθη|σαν πολλάκις καὶ τῶν ἡγου|μένων, ἀλλὰ καὶ μέχρις τι|νὸς ἴσχυσεν
αὐτῶν τὰ | προστάγματα, μετὰ δὲ | ταῦτα κατωλιγωρήθη | διὰ τὴν συν-
55 ήθειαν τῆς | τοιαύτης ἐνοχλήσεως· | διὰ τοῦτο ἀναγκαίως κατ|έφυγον
ἐπὶ τὸν θειότατον | [αὐτοκράτορα[47] --

41 Suppl. Wilh. coll. MBAk. Berl. 1874, 16 al. ἀτ[έλειαν]. 42 εκτηματα πλέον τῶν χρόνων ἐληλυθέναι Kap. Sed ex ectypi relliquiis ΠΛΕΟΝ . . . ΗΜΑΤΑ . . ΧΡΟΝΩΤΕΡΙ . . . . Υ . . ΝΑΙ facili negotio vera lectio restituta est. 43 ἐλλαμπτώματα Kap., Ε . . . . . ΩΜΑΤΑ ect.; restituit Dttb. 44 βαρεσιν Kap.; ΒΑΙΙΙΙΣΣΣΙΝ ect. 45 Sic! 46 Dttb. 47 Titulum integrum non esse perspexit Wil.; neque enim imperatorem substantive τὸν θειότατον vocari moris est, et desideratur finis eorum quae orator Pautaliotarum legato p. pr. Thraciae scripsit aut coram eo pronuntiavit, et decretum praesidis de ipsa causa. Etenim si causa cecidissent Scaptopareni omnino non erat cur haec omnia lapidi inciderentur, sin secundum eos iudicavit magistratus, ut profecto fecit, quomodo credibile est eius sententiam in qua cardo totius negotii vertebatur, omissam esse? Sed ea quae desiderentur aut in latere alio huius lapidis aut in alio lapide fuisse recte dicit M., quandoquidem post ea quae hic exstant statim imperatoris rescriptum (*E*) sequitur. Ex illis quae interciderunt quondam perspici poterat, quae Diogeni Tyrio (not. 32) cum hac querella intercessisset necessitudo.

△ **889. Arcesinensium decretum consolatorium, a. 242.** Colophanae prope Arcesinen Amorgi. Edd. Weil Ath. Mitt. I 1876, 347, 15 (partim); Radet et Paris Bull. Hell. XV 1891, 584, 9; Delamarre IG XII 7, 53; cf. Buresch Rh. Mus. XLIX 1894, 440; Norden Kunstprosa² I 449. [*Hi*]

--|ς[1] ἐπεικὴς[2] -- | . . . . . ος πᾶν τὸ γένος α[ὐτοῦ ἔν τε ταῖς ἀρχαῖς ταῖς

Litteratura mediocris, ligaturae haud ita multae. Exemplum vero est luculentum generis rhetorici, quod novum Asianismum appellant. Verba et sententiae similes in carminibus sepulcralibus inveniuntur. Cf. n. 866.

1 Desunt praescriptum et laudis initium. Cf. IG XII 7, 54 [-- Ναξίων τῶν Ἀρκέ]σιναν τὰν Ἀ[μο]ργὸν κατοικού[ντων ἔδοξε βο]υ[λῇ δήμ]ῳ· γνώμη σ[τρατη-γῶν· εἰσηγησαμέν]ου τὸ ψήφισμα --χίδου· ἐγράφ[η κατὰ τὸν νόμο]ν, et ibid. n. 50₂ Ναξίων τῶν Ἀμοργὸν Ἀρκέσίναν οἰκούντων ἔννομον ἐκκλησίαν ἀγώντων(!) ἐν τῷ ναῷ τοῦ Δηλιέως Ἀπόλλωνος, τῶν τε ἀρχόντων πάντων καὶ τῆς βουλῆς προκαθή-

λοι]|παῖς γεγένηται οὐ μ(ό)ν[ον? -- ἥρ]|ξέν τ[ε] φιλ[ο]τίμως, γήμαν[τός]
5 τε α[ὐτο]ῦ Αὐρ. Ζω[σί]|μην Εὐτύχους ἐτέκνωσεν ἐξ [αὐ]τῆς [θ]υγατέρα | [μ]ὲν Ἐπίκτησιν, παῖδα δὲ Ὀκτ[άβιον] καὶ ἕτερ[ον ὑπο]|μάστιον Ζώσιμ(ο)ν, ὡράζων τ[ε ἡλικ]ίᾳ ἐξ ἀνθρώπ[ω]ν | ἀπῆ⟨απη⟩λθεν, νήπια καταλιπ[ὼν] τὰ τέκνα· ὥσπερ | δένδρον εἴμερον εὐθαλὲς ὑπὸ πνεύμ[ατο]ς
10 ἐκρει|ζωθὲν ἐπὶ τῆς γῆς ἔπεσεν, οὕτως καὶ ὁ Ὀκτά[β]ιος | μοιριδίως ἔπεσεν ἐπὶ τὴν πεπρωμένην α[ὐ]τῷ | εἱμαρμένην, πένθος ἄτλητον καταλιπὼν | γονεῖσιν αὐτοῦ, ζήσας ἐπὶ πάντα τὸν τῆς | ζωῆς αὐτοῦ χρόνον
15 κοσμίως τε καὶ μεγαλο|φρόνως, ὡς ἂν εἴποι τις πανκάλλιστος στέ|φανος τοῦ ἰδ[ίο]υ γένους γενάμενος ἱερός τε | καὶ εὐπρεπὴς ἀνήρ· διὸ δεδόχθαι διὰ τοῦ|δε τοῦ ψηφίσματος, τὸ μὲν σῶμα τοῦ τηλι|κούτου
20 ἀνδρὸς πανδημὶ παραπένψασθαι | ἡμᾶς ἐπὶ τὴν κηδείαν αὐτοῦ, παραμυθή|σασθαι δὲ τὸν πατέρα αὐτοῦ Αὐρ. Ἑρμέαν | καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ Αὐρ. Ἐλπιτύχην | καὶ τὴν σύνβιον αὐτοῦ Αὐρ. Ζωσίμην | καὶ τοὺς
25 γλυκυτάτους ἀδελφοὺς αὐτοῦ Αὐ|ρηλίους Ζώσιμον καὶ Ἡρακλείδην καὶ Ὀλυμπια|νὸν καὶ Ἐπάγαθον καὶ τὰς ἀ[δ]ελφὰς αὐτοῦ Αὐρη|λίας Αὔγην καὶ Ἐλπιτύχην καὶ τοὺς θείους αὐτοῦ | Αὐρ. Ζώσιμον καὶ Ηρα[κλ]είδην
30 καὶ τοὺς γένει προ|σήκοντας γενναίως φέριν τὸ συνβάν, εἰδότας | ὅτι οὔτε χρημάτων[3] οὔτε κολακείᾳ οὔτε ἱκετείᾳ | οὔτε δάκρυ[σιν] ἄνθρωπ[ος τ]ῆς εἱμαρμένης | ὅρον ὑπερβῆναι δυνηθήσεταί ποτε· ἀναγορεύ|εσθαι δὲ αὐτὸν ἐν τοῖς παρ' ἡμεῖν ἀγομένοις θυ|μελικοῖς ἀγῶσιν, ὅτι ,ὁ δῆμος
35 ὁ Ἀρκεσινέων στε|φανοῖ χρυσῷ στεφάνῳ Αὐρ. Ὀκτάβι[ον] ἥρωα'[4]. περὶ τοῦ αὐτοῦ ἐγράφησαν ἁπλᾶ ψηφίσματα δύο, | ἐξ ὧν τὸ ἓν ἀπετέθη ἰς τὰ ἀρχεῖα, τὸ δὲ ἕτερον ἔλα|βεν ὁ Ἑρμῆς. ἐγένετο ἐν Ἀμόργῳ Ἀρκεσίνῃ[5] πρὸ γ' εἰ|δῶν Δεκεμβρίων, Εὐεττίῳ Ἀττικῷ καὶ Ἀσινίῳ

μενος καὶ τοῦ δήμου παντὸς Μέλανθος Ἱέρωνος θέσει δὲ [Μελάνθου] ἀναστὰς εἶπεν· ,ἄνδρες πολῖται --' etc., ubi orationis formam retentam notes.

2 I.e. ἐπιεικής. Cf. IG XII 7, 408_8: ἤθους κοσμιότητι καὶ τρόπων ἐπεικείᾳ.

3 Genetivus pretii si intelligitur, orationis ostendit varietatem; sed IG XII 7, 410_{30} est οὔτε λόγων δεήσει οὔτε χρημάτων ἀντιδόσει, quae vox hic quoque excidisse potest. Del. 4 Hinc coronae anaglypho expressae explicantur, quibus persaepe in tabulis sepulcralibus tituli inscripti sunt, velut Pari IG XII 5, 312sqq.: ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος στεφανοῖ τὸν δ. προμοίρως (εὐμοίρως, κοσμίως) βιώσαντα, ἀρετῆς ἕνεκεν, ἥρωα etc. 5 Tria Amorgi insulae oppida imperatorum aetate ita appellari solebant: Ναξίων τῶν Ἀμοργον Ἀρκέσιναν οἰκούντων (XII 7, 50_2), Μειλησίων τῶν Ἀμοργον Αἰγιάλην κατοικούντων (ibid. 396. 400), Σαμίων τῶν Ἀμοργον Μεινῴαν κατοικούντων (ibid. 239. 240), sed etiam τῆς Ἀμοργίων Μεινωητῶν πόλεως (240_{38}). E quibus Samii exeunte saeculo III a. Chr. rursus aderant (n. 562^{16}), cum iam saeculo VI duce Semonide iambographo insulam occupavissent (St. B. Ἄμοργος). Cf.

40 Πραι|τεξτάτῳ ὑπάτοις 6. | Αὐρ. Εὐτυχίδης Ναξ[ί]ου εἰσηγησάμην, | Αὐρ. Ἑρμαγόρας β' ἐπεψηφισάμην.

IG XII 7 p. VIII. De Milesiis cf. n. 866 1. 6 C. Vettius Atticus Sabinianus et C. Asinius Lepidus Praetextatus consules a. 242. Liebenam Fasti cons. 29. Ultimum hoc esse videtur Graecorum populiscitum; cf. Swoboda Volksbeschl. 221 et Staatsalt. 183 (sed cf. ibi not. 3 et n. 901), cum decretum IG XII 7, 397 anni 207, non anni 250 esse Delamarrius viderit. Constitutio oppidi quae fere ante Diocletianum fuerit docet IG XII 7, 54 (cf. not. 1) et clarius Aegialensium n. 866 (a. 153): Μειλησίων τῶν Ἀμοργον Αἰγιάλην κατοικούντων ἔδοξεν ἄρχουσι, βουλῇ, δήμῳ· γνώμη στρατηγῶν καὶ δεκαπρώτ(ων) ἐχόντων καὶ τὴν πρυτανικὴν ἐξουσίαν. De δεκαπρώτοις a Romanis quidem in Asiae Aegypti Syrii oppidis institutis, nec tamen cum *decemprimis* confundendis cf. n. 898_5; Brandis Realenc.² IV 2147; Hula Jahresh. V 197; Or. 629_{10}; Swoboda Staatsalt. 179, 10.

△**890. Syri insulae demothoenia, a. 251.** Stela olim Teni inter marmora apud Euangelistriam conservata, quae omnia periisse videntur. Edd. Le Bas II 1850; C. Keil Rh. Mus. XX 1865, 542 (Stephanos Ἀθήν. III 1874, 538, 8; IG XII 5, 667). [*Hi*]

ἀγαθῇ τύχῃ. | ὑπὲρ ὑγείας κα(ὶ) σωτηρίας τῶν κυρίων ἡμῶν κα(ὶ) θει|-
ότατων Αὐτοκρατόρων Γαΐων Μ[ε]σσίων Κυΐντων Τραϊαν|[ῶν Δεκίων]
5 Σεβββ. κα(ὶ) [Ἑρενν. Ἐτρουσκίλλ]α[ς] Σεβ.1 κα(ὶ) τοῦ | σύνπαντος αὐτῶν
οἴκ[ου κα(ὶ) τῆς ἱερᾶς] συνκλήτου κα(ὶ) δήμ[ου] | Ῥωμαίων κα(ὶ) δήμου
Συρίων2 [Ἀ]πολλωνίδης Ἰου[λι]|άδου στεφανηφόρος ἐπώ[νυμος ἄρχ]ων

